



**Matthiae Flac: Illyr: Refutatio sophismatum et elusionum,  
quae pro sacramentario errore contra sacrosanctum  
Tetamentum Christi afferi solent : adiuncta sunt alia quaedam  
eiusdem argumenti ad cognitionem veritatis vtilia.**

<https://hdl.handle.net/1874/420811>

MATTHIÆ FLAC: ILLYR:  
REFVTA-

TIO SOPHISMATVM  
ET ELVSIONVM, QVÆ PRO  
SACRAMENTARIO ERRORE  
contra sacrosanctum Testa-  
mentum Christi affer-  
ri solent,

ADIVNCTA SVNT ET ALIA  
quædam eiusdem Argumenti ad co-  
gnitionem veritatis utilia,

ANNO 1567.

Hilarius dicit, optimum lectorem scripturæ esse illum, qui inde haurit, & non eo insert sententiam. Nihil sanè expeditius est ad propagādos errores, quam primū scire fingere in cerebro bellū aliquid somniū præuale opinionis: Deinde idipsum solerter confirmare ratiocinando ex locis scripturæ non propriè de ea ipsa sententia loquentibus: Postremo audacter accedere ad ea oracula Dei, ubi ex professo de ea ipsa materia agitur, & uociferari, uera esse pro subiecta materia intelligenda, Materiam uero talem esse, ut tu antea bellè probaueris: Igitur uera esse ad eam applicanda. Quod si tamen uocula aliq[ue] illorum oraculorum pergant esse molestæ, declamatare, non seruiliter et superstitiose ex mortuis syllabis et appicibus pendendum, Sed sensum analogum fidei libertate Spiritus querendum, & præterea esse tropum aut hebraismum aliquem, quem illi indocti non intelligant. Hoc sanè sit ab aduersarijs in hoc errore luculentier.

PRÆFATIÖ

NOBILI AC VIRTUTE  
PRÆSTANTI VIRO DOMINO  
GEORGIO A SIBERG, SINCERAM  
cognitionem & ardente zelum Eu-  
angelij Iesu Christi optat  
ex animo

Matthias Flacius Illyricus.

**A**riani olim volentes negare diuinitatem Christi, egregie sua quadam regula abusi sunt, que dicitarunt, uerba etiam in scriptura pro subiecta materia intelligenda esse, et pauciora loca secundum plura. Vociferantur enim certissimum esse, ex tota scriptura liquidissime constare, Deum tantum unum esse.

Quare cum aliqua illustria loca diuinitatem Christi asserta eis proponerentur, clamabant Verba esse intelligenda secundum subiectam materiam: Agi uero ibi de DEO, quem certo constaret tantum Unum esse: quare non posse Logo diuinitatem tribui, ac esse illum locum, Iohann: i. Et alia illa pauca sic exponenda, ut cum ipsa resut materia, de qua agerent, consonarent. Quare varios Tropos et sensus loci illius, Verbum erat DEVS, comminisebantur.

Calumniabantur item, esse per pauca loca, que non nihil expressius pro catholicorum sententia loqui uidetur. Illa igitur pauca loca esse omnino potius inflecta et accommodanda ad alia innumera de unitate diuinitatis

## P R A E F A T I O

tatis pronunciantia, quibus scriptura esset refertissima.

Eadem prorsus ratione nobis Papisi & totā sermē religionem corrumpunt. Conquirunt enim numerā loca legaliter de iustitia ac operib⁹ salutēq; hominis pronunciaria: Et inde simul ac ex sua Philosophia Oratione certo concludunt, iusticiam consistere in Virtutib⁹, & carum operib⁹, et DEVM iustissimum iudicatūrum secundum bona mala uē cuiusvis merita.

Hoc fundamento semel apud se indubitanter iacto, postea torquent & excarnificant illa pauciora loca Euangelijs, que nimium perspicue uidentur collocare iusticiā ac salutem hominis in solius Christi merito, passionis, nobis per solam mendicam fidem imputato. Hac illa ratio ne adhibitis suarum Venenatarum glossarum fermentis, totum Euangelium in Legem, Gratiam in meritū, et Christum in Mosem transformant.

Prorsus simile arte ac fundamento etiam aduersarij in re sacramentaria nobiscum uel potius cum ipsa sincera ueritate testamēti Christi belligerantur. Primū enim penitus remotis uerbis sacrosancte cœnæ (ubi hoc mystrium propriè diuinitus reuelatum est.) ex mētis oculis, secum immotè statuunt, Christum eſſe suo corpore tantū in certo loco, extra et ultra omnes cœlos in infinitum locatiter à nobis distans, ibi q; usq; ad finem Mundi mansum: Nec eſſe possibile etiā diuine omnipotentiae efficer, ut sit, detur uē apud nos in terris in omnibus sacris cœnis ubiq; gentium.

Esse item eius corpus uisibile ac palpabile, nec posse aliter.

## P R A E F A T I O

aliter sine destructione exhiberi. Tum porrò eſe penitus inutilem eius externam mandationē. Adhæc eum suo corpore nunquam ad nos aliter, quām uisibiliter uen turum. Postremo & iſti homines et omnes ueritatis aduersarij numeras absurditates et impietates ex uera ſen tentia quā oppungnant, conſequi ſibi indubitanter per ſuadent: quibus ita obſfirmantur uel potius inducātur, ut opposita ſcripturæ loca ſub ſpecie alicuius tropi ſecurifime eludant.

Hicce igitur omnibus apud ſe certò ac immotè ſuis qui busdā ratiocinationib⁹, conclusis decretisq; progrediuntur ad hoc ſacrosanctū testamentū, ac diuinat ibi primū de ſenſu, dari nobis tantū panem, qui fit ſignum longiſimè remoti corporis, ſicut ſi ſponsa contempletur annu lum ſponsi in extrema India negociantis aut militatis, ut hic ipſe aduersarius diſertè testamentū Domini exponit: Veldari nobis præter ſignum etiā merita aut beneficia corpore Christi parta, uel deniq; dari nobis ipſummet uerū corpus Christi tantū ſpiritualiter, ut Caluinus ſepe loquitur, quod tamē aliquando expont tanū de quadam influentia, et abſtracto à corpore Christi in nos per fidē deriuato: quod quidē perinde accipiamus etiā extra hoc sacramentū, imo etiamſi hoc sacramentū nūquā omnino accepissemus, atq; adeo ſi nunquā institutum fuiffet.

Diuinat porrò etiā perinde pro libitu de uerbis ipſis ſacris testamenti Christi, in qua nam uoce fit tropus, & quis tandem tropus. In quorum utroq; in infinitū plane in ter ſeſe atq; adeo etiā ſinguli à ſeipſis uariant, ut eo ipſo

## PRAEFATIO

summam incertitudinem sue senectiae crassissime prodant.

Si quis eos urgeat uerbis testamenti filij DEI iubentis datum cibum et potum externo modo edere, et testantis de illo ipso alimento esse suum corpus ac sanguinem, ducunt oportere ita exponi testamentum Domini, ut ne pugnet cum articulis fidei de uera natura corporis humani et resurrectione. Pugnare uero uerba illa, si simpliciter ac circa omnem tropum intelligentur, cum illis articulis: Quare omnino ad tropum esse consugiendum.

Prorsus sic Arriani dicebat ita esse exponebat loca de Christo, ne pugnent cum illo summo ac primo omnium articulo de unitate Dei. Sic etiam Papistae dicunt, ita exponendis esse Euangelij promissiones, ne pugnent cum lege ac iusticia Dei. Quod si doceamus, homines seruari gratis per Christum, sola fide, sine bonis operibus, aiunt abrogari legem Dei, et omnia bona opera ac iustitiam Dei, diciturque inservit licentiam peccandi. Impossibile quoque esse, ut Deus eum per imputationem iustificet, aut iustum pronunciet, qui non sit re ipsa plane iustus. Nihil ergo esse imputatiuam iusticiam, ut impium lebusit et suis Maritalitias uersibus et Diabolicis sarcasnis contra Monachos Catholicos, imputatiuam Christi iustitiam exagitant.

Verum respondendum est istis bellis ratiocinatoribus, non mox eas sententias aut dogmata uere ac coram Deo inter se pugnare, quae ipsorum stulta rationi pugnare uideantur: Sicut Lutherus, pro memoria, multum instituit, ut aduersarij probent, pugnare Ascensionem et sessionem ad dexteram cum exhibitione corporis Christi in sacra

## PRÆFATIÖ

cera. Non fuit repugnantia, quod Christus hic in terris  
habuit corpus terrenū & ignominiosum, & tamen idem  
monstrauit gloriosum in monte sancto, quod clauso sepul-  
chro et ostio domus intravit et exiuit: quod postquam glo-  
rificatum corpus gestauit, adhuc comedit & bibit, am-  
bulauit, exhibuit etiā corpus quasi ignominiosum nihil dif-  
ferens ab alijs mortalibus homuncionibus, quod item post  
resurrectionem habens corpus instauratum, nihilominus  
id monstrauit uulneribus laceratū, ac inde agnoscī uoluit,  
quod deniq; post ascensionē existens in illo suo spirituali  
cælo aut gloria, Paulo in via ad Damascum etiā secundū  
humanitatem apparuit.

Probatio igitur istis necessario incūbit, quod ista a-  
deo inter se pugnant, ut nec Deus quidem sua omnipo-  
tentia ac omnisciētia ea conciliare queat, sicut ipsi au-  
daciissimē declamat. Quod si id non probet, necessario  
labascente hoc eorū primario fundamēdo tota ipsorū tur-  
ris Babel concidit.

Sumūt ergo sibi id Arriani, sumūt Papistæ, sumūt et  
isti, illa inter se corā Deo pugnare, quæ humanæ rationi,  
secundū harum terrenarū rerum cursum pugnare uidē-  
tur: Sed illud ipsum est uel maxime probandum fuerat.

Reiecto igitur istorū uanissimo principio, de regula  
ipsa non dicam, quæ in libro hoc refutata est. Non etiā  
exponam rationes, cur potius ex ipso sacrosancto Testa-  
mēto filij Dei hoc mysteriū mādicationis corporis Chri-  
sti cognoscendū sit, ubi proprietā filio Dei reuelatū est,  
quæ aliunde, quia de ea re dixi copiosius, tū in appendice

## P R A E F A T I O

demonstrationū, tum etiā in præfatione omnium libello-  
rum de hac materia simul hoc anno excusorum.

Quia uero multi exoptant, & sanè uehementissime  
ardentissimisq; & optandū, & à Deo omnibus uotis orā-  
dum est, ut controuersia ista pie tollatur, Ecclesiæq; in  
plerisq; & maximis articulis consentiētes, etiam iusta  
consentiant, ideo ut commune uotum ac bonum meo loco  
promoueam, de hac quoq; re meam sententia exponam.

Due solent esse viæ rationeſuè tollendi controuersias,  
altera per accuratā ſeriamq; litis diſputationem, altera  
per amicam placidamq; eius compositionem.

Priorem statuo in hac diſceptione longè cōuenientiſ-  
ſimā eſſe, eiusq; eam eſſe expeditiſſimā uiam, ut fiat pla-  
cida, ſed tamē accurata methodicaq; diſputatio ex uerbo  
Dei, ſecundū certas regulas, quæ huic, & cuiq; Theolo-  
gicæ controuersie cōmodiſſimæ uideri & ab utraq; par-  
te comprobari poſſet. Cuius nodi regulas non paucas no-  
ſtra pars in ſupplice libello de synodo dudum publicè pro-  
poſuit.

Quare cū aduersarij ipſi quoq; publico ſcripto pro-  
hoc auerint nos ad diſputationē, puto omnibus modis, &  
apud Deū precibus, & apud homines, qui eā promue-  
re poſſent, inſtāndū eſſe, ut tale colloquium aut alterna  
scripturæ ſcrutatio quām primum fiat.

Ipsi quoq; in hac parte Antagonistæ inſpectis nostris  
illis regulis indiſtent publice, quid in eis deſiderent, uel  
potius correctas publicè legēdas proponat: ut ſciamus,  
qualem methodū colloquij ferre queant, ut comprobatis  
utrinq;

## P R A E F A T I O

Utrinque regulis colloquijs taliō propius ad dijivationem  
controversiae huius accedamus.

In tali colloquio aut disputatione spero, Deo benedicē-  
te, posse ad eū finē controversiam istā deduci: ut liquidō  
apparet, uira sentētia sincere solidiq; ex uerbo Dei de-  
sumptas sit: Vnde porro iudicū sit omnibus pijs per facile  
futurū, utram amplecti sequiqt; reiecta altera, debeant.  
Hanc sane laudē, spero me à iusto iudice in extrema die  
consequuturum, quod controuestias Ecclesiæ cupuerim  
legitime dijdicari, dū interim alijs suæ cause diffidentes,  
lapidibus disputare malunt. Quos reprimat filius Dei  
potenter.

De altera uia transfigendi minus prosector benē spero:  
nam & sententiae partium nimū inter se dissident, et a-  
nimi disputationū uidetur iusto plus à se inuicem alienio-  
res: Ut, cum recte sentētis pars cedere non possit, & al-  
tera non uelit, parum planē spci supereſſe uideatur, eas  
sponte amanterq; inter se de uera piaq; sententia consen-  
ſuras esse. Sed tamen etiam in hac parte commonstrabo  
aliquos aditus, ad aliqua initia concordiae, faxit Deus, ut  
omnino plena ratio ac facultas pia Deoq; grata pacis re-  
periri queat, & istud tam duitinum scandalum aliquan-  
do tandem, saluatamen imprimis ueritate, tollatur.

Primum de effectu aut fructibus sacræ cœne et omnino  
sacramentorum fuit antea Luthero cum Zwinglio et alijs  
aduersarijs magna dissensio & acris contētio: Sed Calvi-  
nus ac etiā Beza non raro admodū commodè de sacramē-  
torum effectis pronunciant, quorum aliquot dicta sub fi-

## PRÆFATIÖ

Nem̄ huius libelli contra Isebrandum inserta sunt.

Que eorū pronunciata credo cum sententia nostra  
rum Ecclesiarum consentire. Quare opinor hāc partē  
litis propemodum tolli posse, si modo in eo perpetuo sibi  
constaret.

Altera cōtrouersia sentētia est multo difficultior, An uer-  
ba cænae Domini proprie aut pertropū intelligēda sint.

In qua tamen quēstione Beza et Calvus ita interdū  
pronunciant, ut eorum sententia non procul à nostra di-  
stare uideatur. Affirmant enim ideo dici panē corpus  
Christi, quia ipsa rei ueritas fit uerē suo elemento unita,  
et tales sacramentorū loquutiones unionē symboli et rei  
signat et significare. Proponūt etiam illustre exemplum,  
quod ideo colubā dicatur S. S. quia in, aut sub, aut cū illa  
creata specie colubē etiā ipse S. S. reuera illic adfuerit ex-  
hibitusq; sit. Quorū cōplura perspicua dista in XLVI.  
demonstratione Appendixis recensui. Vide ibi.

In ea igitur sentētia si Beza, eiq; adherentes perfiste-  
re uellent, sanè maxima pars ac ueluti fundamentū et  
origo totius huius controuersiae sublata esset.

Nam de acceptione et sensu uerborum cænae Domini  
Hoc est corpus meū, nulla superebet dubitatio.

Tertiū est, quod ualde ad concordiam inter nos pro-  
deſſe potest, quod agnoscit Beza, Calvus, et alij quidā,  
ſæderalem formulā sacrae cæne, Hic est sanguis meus  
Novi testamēti, sumptā r̄ſcē ex ueteris ſæderis ſanctione.  
Ex: 24. Vnde eam etiam Epist: ad Hebre: cap: 9. repe-  
tu hiſcē uerbiſ. Hic est sanguis testamenti et c. tantumq;  
discriti-

## PRÆFATIÖ

discriminis causa additæ esse duas uoculas Meus, ut discernatur hic sanguis Meschiæ ab illo pecudū, et noui, ut distinguatur hoc fœdus à ueteri. Hoc certe fundamento positio, mox liquet, quis nam sensus sit sacræ formulæ. Hic est sanguis testamenti, tropus nè sit, an potius uerborū proprietas.

Quartum est, quod Calvinus & Beza aliquæ istorum plures concedunt, Christū in eum usum suā carnē et sanguinem exhibere nobis in sacra cæna, ut esu corporis ac potu sanguinis erga nos sacramentum illud fœdus sanctificatur & constabiliatur. Quorum multa huius generis dicta citauit demonst: V. Appendix.

Quyntum est, quod ad concordiā facere ualde posset, quod Beza in responsione ad meas priores demonstratio-nes concedit, Quod sicut in sacra Cæna ueteri, in fœde-re Exo. 24. & omnino in omnibus fœderibus ac sacrificijs de eiusdem uictime carne ac sanguine, tum Deo tum hominibus offeratur, sicutq; etiam in prophanis fœderibus de eiusdem uictime carnis utræq; pars fœdere iungenda externo modo participat: Sic etiam in sacra noua Cæna de eiusdem uictime Christi, corpore ac sanguine tum Deo sit semel oblatum, tum & nobis cum Deo fœdus in sacra Cæna in cunctibus aut renouantibus quotidie offeratur.

Sexto & illud nō parum sacre ad concordiā queat, quod Lascus copiose in suo libello disserit, non panem aut uimum, seu omnino elementa illa esse signa, sed totam illam actionem sacramenti, Sic & istorum definitio

## P R A E F A T I O

nes affirmant, totum Sacramentum esse signum. Nam sic & ipse Christus pronunciat totā illam actionem, nempe, mandationem corporis ac sanguinis esse signa aut symbola memoralia sui & omnino rerum spiritualium, cum inquit, Hoc, id est, hanc cœnam in memoriam mei facie: Non ergo panis signum est corporis, sed tota illa externa mandatio panis ac corporis Domini est signum & pignus spiritualis fruitionis Domini, quæ fit per fidem.

Septimo, illud quoq; percommode ad concordiant est, quod Calumnus super Ephes. 5. reūcit istos, qui querunt quo modo istud fieri potest. Hec enim sunt eius uerba: Exclamat enim magnum esse arcanum, quo inuit, non posse uerbis explicari, quantum rei dignitas postulat. Et sane frustra homines se macerabunt, si carnis sue sensu comprehendere modum & rationem studeant, hic enim Deus immensam spiritus sui potentiam exercit. Quare preposteri sunt, qui nihil plus in hac re concedunt, quam ingenij sui modulo consecuti fuerint. Quid nobis in sacra Cœna carnem & sanguinem Christi exhiberi negant, MODVM, inquiunt, definias: aut non persuadebis. Atqui ego mysterij altitudine in stuporem abripior, neq; uero me pudet admiratione meam ignorantiam cum Paulo fateri, quanto enim id satius, quam extenuare carnis meæ sensu, quod Paulus altum mysterium esse pronunciat? Idq; docet ista ratio. Quicquid enim super naturale est, id profecto captum ingenij nostri superat.

Obserua hunc locum diligenter, quod damnat Zwingianos

## P R A E F A T I O

gianos, dicitantes, Quomodo est possibile, Modum im-  
dicā, aut nō persuadebis: Ratio enim incredula ueteris  
Adami, nisi modum, quo sit aliquid possibile, cernat, nō  
credit. Ideo præclare iustus ait, certissimum argumen-  
tum esse incredulitatis dicere, Quomodo?

Eodem facit, quod idem Caluī: in libello de optima con-  
cordiæ ratione confitetur, illā manducationem corporis  
Christi esse plane miraculosam, quod et omnes patres in-  
culcarūt. Nam priores aduersarij negarunt, ibi ullum  
miraculum fieri.

Oftauo, nec illud aspernandum est, quod disertè Beza  
confitetur in responsione ad meas priores demonstratio-  
nes, numero 29, quod Christus pronomine Hoc, nō tantū  
panem, sed & corpus suū nobis in cibum datum monstra-  
uerit, si enim id monstrauit, recte ac citra omnē Tropū,  
corpus de re monstrata prædicatur. Quo præclarè facit  
sententia Bucerī in Reuocatione, quod sepe eadē monstra-  
tione, aliud oculo corporis, aliud oculo mētis mōstretur.

Nono, non parum ad concordiā facere posset, quod  
Bezain sua summa de doctrina Sacramentorū affimat,  
materiā externā aut uisibilem sacræ cœnæ esse panem  
& uinum, internām esse corpus & sanguinem.

Decimo, summe ad concordiam saceret & illud dictū  
Caluī super 1. Cor:ii. Si in eo cōstanter persisterēt, cu-  
ius haec sunt uerba: Præterea audio, quid V E R B A S O  
NENT: Neq; enim mortis tantū & resurrectionis sue  
beneficia nobis Christus offert, sed C O R P U S I P S U M in  
quo P A S S U S est et resurrexit. Cōcludo realiter (ut uul-

## P R A E F A T I O.

goloquuntur.) hoc est V E R E nobis in cena dari corpus Christi. Si uult audire, quid uerba SONENT, & eorum sono constanter inherere, facile nobis conueniret.

Illud ultiū si uellent concedere, quod patres septimē testantur, inter quos etiam Ireneus, qui proxime ad Apostolos accessit, quod uidelicet penis illa in sacra cena communicantibus exhibitus iam non sit amplius panis tantum, sed Eucharistia constans re terrena panis, & celesti corporis Christi, quodq; in eo cibo etiam ipsa nostra corpora percipient corpus Christi, ut sit eis in pignus resurrectionis, & quod illa quoq; una cum anima eterna uita fruentur.

Hec igitur omnia si Antagonistae uere ac sincere concedere uellent, sicut non raro in suis scriptis (excepto ultimo articulo,) uerbis concedunt, sanc spes foret, nos citò transfigere, & idem dicere ac sentire posse.

Hasce iam rationes concordiae ac tollendae controuersiae istius proponere uolui, salua omni mellori sententia: Alij etiam in commune, studio ueritatis ac pacis consenserant ea, que eis Dominus suggererit.

Quod porrò me quidam de calamitatibus Ecclesie Brabantice accusant, summam profectione mihi imuriant faciunt: nam ego nec alibi in Germania, nec ibi huius controuersiae autor fui, propterea magni eam monenter esse, eoq; non negligendam abunde aduersarij uel eo ipso testantur, quod eam ubiq; uehementer urgeant.

Cum uero eo uenisset, & aduersarios intellexissent cum errorem humano studio propagare, & infaper in publica

## P R A E F A T I O.

publicis concionibus uehementissimè nostros ad disputationem saepius prouocasse, suasi ut eis omnibus modis placidi colloquij ex uerbo Dei copia fieret: cumq; etiam quidam apud me instarent, ut adiuuarem concordiam illorum duorum cætuum in hac controuersia.

Respondi me omnino nullam magis piam, Deo grata tam, et Ecclesiæ salutare concordie uiam reperire posse, quam ut, placide conferentes, scrutemur sacra litteras, queramusq; utra sententia inde fideliter sines req; sumpta sit, eiq; postea h[ab]itacq; pars adherrat. Ad eam colloquitionem obtuli omnem lenitatem, obtuli etiam regulas colloquij, factae eis potestate emendationis.

Quoniam uero nos saepissime atrociter in concionibus sum ipfi, tum Papistæ accusabant, ediderunt sane doctores nostri suam confessionem, cui & ego subscripsi, qua utrisq; responderunt: Sed nullum ex ipsorum concionatoribus, ac nec loca quidem eorum nominarunt, At illi contra nos nominatum scripserunt, & atrociter declamarunt.

Hæc est uera & solida excusatio. Ipsos uicissim accusare nolo: nō enim malis corū delector. Alioqui quis ego sum, ut ab Euangelio Christi crucem separare queam? Aliorum quorundam, qui lux mundi uocitantur, ista facultas decusq; est.

Tibi uero uir clarissime et nobilissime, scriptū hoc dedi co, cum ob singularē tuam eruditio[n]ē, uirtutem ac pie latē, tum etiam, quo occasione tui nominis tanto plures & sc̄

P R A E F A T I O.

¶ scriptum hoc in ista vicinia Brabantie legant, & ueritatem celestem agnoscant ac confiteantur, iramq; Dei evitent. Vae enim illis, qui indignè corpus Domini sumūt, in hac & altera uita. Nullum uero dubium est, omnes eos indignè sumere, qui filio Dei dicenti de dato cibo, Hoc est corpus meum, corde & ore contradicunt, dicentes, Non corpus tuum, sed tantum signum corporis tui est.

Domini uerbi regat ad gloriam nominis sui, & publicam Ecclesie  
ac politiæ utilitatem, Amen.

Cal. Sept: 1567

# REFUTATIO SO- PHISMATVM ET ELVSI-

num, quæ pro Sacramentario erro-  
re contra veritatis demonstra-  
tiones proferri solent,

Authore

Matthæ Flac: Illyrico.



Vulgauit proximo vere quis-  
piam, nomine Abdius Liberimus, Li-  
brum titulo Syntagma, in quo profi-  
tetur, se breviter, certaq; Methodo,  
totam controuerfiam de Cœna Domini  
explicasse. Etsi autem nominis nouitas ac peregrini-  
tas, & quod locus authorq; impressionis non est adscri-  
ptus, facit, ut suspicer esse nomen supposititium: tamen  
quia noua quadam specie, tum sua, tum nostra argumen-  
ta tractat, ut uerendum sit, ne aliquos secum in errorem  
abducat, putauit omnino respondendum ei esse. Nec me  
ad hunc conatum parum mouet, quod dum simulat qui-  
dem, se unum aliquem librum nostræ partis refutare, ne  
que tamen eum nominat, multiplex sibi compendium ad  
imposturam comparat. Primum enim proponit nostra ar-  
gumenta & solutiones, ut sibi ad eorum exagitationem  
aut elusionem commodissimum est, facit nos ea eoq; modo  
loquentes, quo haud scio an quisquam nostrum sit loqui-  
tus, neq; potest facile redargui, dum ille liber, quem se re-  
futare simulat, nobis est ignotus: Tum porro sua libertas  
te forte excerptit ex multorum nostrorum scriptis, quæ

B ipsi

ipſi libet: Video etiam quædam mea, licet per pauca, eſſe male producta, & cauillatoriè lancata. Deniq; etiam ſperauit, ſe hoc modo impunè euafurum, dum nullius detur præbere anſam reſpondendi, præterquam quod et ipſe ſub fictitio nomine, ut ego quidem ſuſpicor, ut noua ſub folijs, aut in foraminibus tempore lucis ſibi latibula querit.

Postrema & præcipua cauſa, que me ad reſpondendum ei impulit, illa eſt, quod cum hactenus multas demonſtrationes ueram ſententiam conſirmantes, & ſam redarguentes proposuerim, exiſtimauit, ſi adderent prioribus etiā hoc genus ſcriptionis, quo aduersarij, præſertim methodicam integrāq; ſcriptionem, exaſtimare, me hanc quoq; controverſiam plenē per tractaturum eſſe, atq; ita tum Deo, tum conſcientie meae ſatisfactorum, & ſimil, quantum in me foret, aliquos, ne in errorem abripiantur, Deo clementer benedictionem dante, conſervaturum. Quare, muocato Domini nomine, etiam huic labori manum admoui, illius benedictioni incrementum ſuccellumq; commendans.

Quod igitur in genere attinet ad eius ſcriptionem ac ſententiam, non ſequitur, iſtam recentiorem Caluini & Beze opinionem, que aliquantò propius ad uerba cœna accedere uelle uidetur, tametsi ſatis procul abſit: Sed illam ueterem Zwinglij, cui ſacra cœna tantum ſignum aut ſymbolum eſt absentis Christi, ſicut ipſem declarat, uerba Cœnae, Hoc eſt corpus meum, perinde eſſe intelligenda, ac ſi ſponsus abiens det ſponsæ annulum, ac dicat,

Hoc

Hoc est sponsus aut maritus tuus : quoties hunc annulum  
exosculet a fueris, facito in memoriam mei.

Porro in defendenda sua, nostraq; oppugnanda sen-  
tentia, utitur tantum ratiocinationum sophismatibus, de-  
stitutus nimirū uerbo Dei, ut omnes isti facere coguntur.  
Strigil in quibusdā epistolis pro Sacramētario errore nu-  
per sparsis admodum expedite et aperte loquitur prae-  
piens, ut uerba sacra Cæne sinistro oculo, rationes au-  
tem, quomodo id fieri nequeat, dextro inspiciamus. Eo-  
dem pertinet quod Schwenckfeldius scitè precipit, uer-  
ba sacra Cæne remoueri ex oculis debere : quod faciunt  
omnes isti scriptores, & etiam hic ipse Liberinus, dum  
subinde inculcat, sententiam non esse querendam ex his-  
ce syllabis & literis, &c. Sic igitur isti uel remoto plane  
ex oculis cordis hoc sacro Testamēto filij Dei, uel etiam  
sentium sinistro oculo inspectio, sudant suis speculatio-  
bus, in querenda, aut potius diuinanda, uel etiam singen-  
da sententia testis tali, quæ eorum cerebro & libero  
arbitrio Sirigeliano concinna esse uideatur.

Accidit ergo eis id, quod solet in tali rerum sacrarum  
tractatione eiusmodi magistris accidere, & quod Paulus  
Rom. i. scribit, ut per suas stultissimas ratiocinationes ex-  
tremè euanscant.

Nec sanè aliter fieri uel potest uel etiam æquum est,  
quandoquidem diuinitus accensam lucernam uerbi Dei  
negligunt, & sui cerebri sapientiam, aut ( sicut Paulus  
inquit ) sui insipientis cordis somnia, inscrutando tanio  
mysterio, seclantur.

Verum iam accedamus propriis, ad singulas eius partes examinandas & refutandas.

Initio indicat, in quibus utrinque conueniamus: que omnia sint sane tolerabilia, praefer illud quod artificiose contumaciam trahit, quasi sacra Cœna sit symbolum, propriè significans nostram incorporationem in Christum: Cum Paulus id proprium potius Baptismo tribuat, dicens, Quicunque baptizati estis, Christum induistis: Et Christus discerte testetur, sacram Cœnam aut comestionem corporis sui esse mnemosynon sacrificij passionis sua, sicut et in veteri Testamento Iesus uictimarum erat testimonium, illam eandem uictimam de qua offerens edebat, pro se Deo oblatam esse. Redarguitur ergo in hoc duobus uerissimis & grauiissimis testibus.

Secundo loco indicat statum controversiae, quem duplum facit, primum, an uerba sacra cœna figuratè sint intelligenda: deinde, an corpus ipsum exhibeat, an uero eius symbolum et mnemosynon. Contra sub finem scripti hunc dicit esse omnem controversiam inter nos, an corpus Christi sit cum pane realiter coniunctum. Inquit enim: At uel unū aliquid testimonium, quo ostendant ipsi panem cum corpore realiter coniungi, non possunt producere: cum tamen in hoc uno omnis ueretur nostra disensio.

Porrò ipse pronūciat, primum in uerbis sacra cœna, Hoc est corpus meum, adibutum de subiecto non dici, secundum propriam significationem, sed tropicam: deinde gen corpus, sed tantum memoriale eius nobis exhibet,

idq;

Idq; VNUM Christo fuisse propositū. Affirmat etiā uerbis prorsus ita se se re in illis habere , ac si sponsus sponsae relinquere uel annulū, uel aliud symbolum, ac diceret, Hoc sum ego tuus sponsus: quoties id ex osculata fueris, factio in mei memoriam. Verba eius propria hæc sunt, ne quid fingere videar:

Quemadmodū inter cōiuges mutua charitate inter se flagrantes , non raro solet usu uenire , ut cum suauis illa cōsuetudo uel morte , uel alio quopiā diuturno inter uallo interruptitur , alter abiens alteri symbolum aliquod sui amoris quam potest efficacissimum relinquat: idq; uerbis commendet & significantissimus , & ad amorem testandum accommodatismis. Ad eam rem sumunt nonnulli annulum: Nonnulli effigiem lineamentorum accurate efficiunt: permulti etiam communia illa amoris mutui pignora, liberos inquam communes, in medio ponunt. Hec ipse symbola uolunt à coniuge spectari, in oculis, in animo, in pretio haberij: & quo id testentur significantius, Hoc, inquiunt, tibi est monitus tuus, Hoc tibi est Ipse Ego: Hoc tu in uere, affecta, hoc cole, hoc ama: Hoc quotiescumq; eris osculata in mei memoriam feceris. Ita Christus iam iam moribundus charissimo illi suo discipulo Iohanni inquit: Hec est mater tua: Matri uero illi suauissime sanctissime meq; de Iohanne ait: Hic est filius tuus. Sanè si dixisset, Hic tibi erit signum uel symbolum, uel imago filij tui: Iam omnis orationis atq; affectionis neruus incisus erat: At uero cum ait ipsissimum esse filium, hoc certe est, quod senio posset illam solari. Huiusmodi exempla possunt referri

infinita. Sed tantum his uolo, ut, in quo nostra confusat  
controversia, rite intelligatur.

Hec sancto cœlo ab ijs discedunt, quæ Calvini &  
Beza toties ingemunt, uere nobis ac realiter ipsum cor  
pus Christi in sacra cena exhiberi. Quod se serio sentire  
uehemētissimē contendunt, dānantiq; contraria docentes.

Conseruera uerba cena cum illis, Mulier ecce filius tuus  
et ecce mater tua: Vbi tamen propriè uerba accipiuntur,  
nempe filius adoptiuus & mater adoptiuia, ideoq; eam  
Iohannes mox ad se accepit, tanquam suam matrem adon  
ptiam, suo ergo proprio gladio confuditur.

Tertio negat ipsos ueritatem uerborum Christi in sa  
cra Cœna negare. Respondeo. Conseruant uerba Domini  
ni cum istorū glossa. Christus ad omnes inquit: Hoc est cor  
pus meum. Isti ei contra reclamant, Istud non est corpus  
tuum, sed tantum signum, symbolum, tessera & mnemo-  
synon corporis tui. Expendat qui tremuit ad uerba uiuen  
tis Dei, an non ista propalam pugnant inter se se.

Quarto loco proponit ac tuetur hanc regulam, tant  
quam sui erroris primi rium fundamentum basinq;: om-  
inem interpretationem ex argumento rei subiecto peten  
dam esse. Quae regula nimis latè patet, & in sacris lite  
ris uehementissimē & accuratissimē restringenda est. Nā  
contra Christus dicit, unum apicem aut iota nullo modo  
parufaciendū aut negligendū esse: ut uelit nos diligentis  
simē, non tantū totā orationē, Sed etiā singula uerba, diq;  
gdeò syllabas et literas apicesq; expēdere, eisq; insisterē.

Alio qui quid esset expeditius seductioribus, quā fini  
gera

gere sibi res subiectas, ut uolunt, & postea textum ad suā  
unū sensum uiolenter trahere? Sic Arrius facilitabat, dicta  
de diuinitate filij deprauans, quia subiectum esset Deus,  
quem certum foret tantum unū esse. Sic & Papistæ nunc  
faciunt, omnia ad suam infusam iusticiam trahentes, que  
iustitia sit propriè quedam qualitas, teste Arist.

Opponimus ergo banc contraria regulam, Non notæ  
ex rebus, sed res ex suis notis cognoscendæ sunt: Verba au-  
tem et scriptio sunt notæ rerū, non contra. Ob hoc ipsum  
certè Deus et etiā homo loquitur, ut mentē eius ex uerbis  
ipsius cognoscamus. Hoc mandat Deus toties iubēdo audī-  
re: Nempe uerba non res audimus. Hoc idē mult Christi re-  
gula, ex ore cuiusq; eum esse iudicandum aut damnandū.  
Si ex uerbis res non sunt iudicandæ, sed contra, quis tan-  
dem usus est uerborum & sermonis?

Aliquis aliquādo usus esse potest regule istius: Sed hec  
nostra contraria, ac uerbo uiuentis Dei & etiam commu-  
ni sensu confirmata, est perpetua & immota.

Quod si etiā usq; alibi parū ista regula ualere debes-  
ret, tum præsertim in iudicanda Sacramentorū essentia,  
qua tum in insinutū à se inuicē in ea parte uariant, tum eu-  
tiā prorsus arbitrii sunt, ut in appendice demonstratio-  
num ostendit copiosius, ut non perinde sicut aliæ res pos-  
sint iudicari à perpetua ac veteri notaq; eorum naturā.

Hoc fallaci fundamento male iacto, incipit constituere  
argumentum rei subiectæ in sacra cœna: Dicit id esse uelle  
instituere Sacramentū corporis et sanguinis. Quod sane  
concedatur: Sed tamen ambiguitas p̄bra est, qua hic &

Postea abutitur, diligenter explicetur & amoueatur.

Nam phrasis hæc, sacramentum corporis & sanguinis, in eo usu in Ecclesia accipitur, quod hoc Sacramentum constet corpore ac sanguine (non quod significet tantum corpus ac sanguinem, quo sensu iste hac locutione abutitur) sicut cum dicimus Sacramētūm circumcisōnis, aut Sacramētūm Baptismi uel aquæ, uel Sacramētūm agni Paschalis, aut Sacramētūm cœnæ Domini, id est, constans illis rebus.

Hinc progreeditur ad definitionem Sacramēti, quod Sacramētūm sit signum rei sacræ. Vnde sic argumentatur. Sacramētūm est signum rei sacræ, panis est Sacramētūm corporis Domini, igitur panis est signum corporis Domini. Quod Sacramēta sunt signa, probat testimonio Hebreæ linguae, quo S:acramēta Othio signa nominantur.

Respondeo. Minor est falsissima, Quis enim unquam sane menuis dixerit, panem, uenūm aut aquam esse Sacramēta. Sola elementa nequaquam sunt Sacramēta, sed integræ illæ actiones, cum suis elementis & uerbo, Falsissimum igitur est totum illud Sophisme.

At uide quātum ei iste tribuat, ut qui ausit inde etiam ipsis uerbis Domini (quæ nobis cælo ac terra firmiora esse debent) uim inferre ac insultare: Inquit enim: Quod si Sacramētūm est signum rei sacræ, quis dubitabit, quin ea Christi uerba, quibus instituitur Sacramētūm, ex natura signi potius, quam syllabarum apicibus sint estimandæ: ita ne solet pia mens exagitare syllabas & apices uidentis Dei, quæ nobis cælo ipso firmiora esse profecto debent.

berent, si modò micam pietatis haberemus.

Iuuentamus autem ista argumentationem, ut fiat certissima demonstratio ueritatis, & refutatio erroris istorum. Signum rei sacrae est Sacramentum. Panis non est Sacramentum. Igitur panis non est signum rei sacrae, hoc est, corporis Domini. Vel, Sacramentum est signum rei sacrae: Tota actio illa aut comestio una cum rebus comes, nepe pane ac corpore sanguineque Domini, est Sacramentum, quod nec isti quidem negabut. Igitur illa omnia sunt signum, non res signata, ut isti alioqui contendunt: Quia propter istorum propria definitio Sacramenti, euertit totam eorum sententiam, & falsam interpretationem uerborum Cœnæ: Nam definitio dicit totam illam actionem aut commestionem esse signum memoriale passionis: At peruersio uerborum cœnæ dicit tantum elementa esse signa corporis.

Hec uero nostra argumentatio euidentissimo uerbo Christi nutitur, qui ita distinguit uerba Cœnæ, quod illa omnia, accepit panem & dedit, dicens. Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, sunt signum. Illa uero que sequuntur, Hoc facite in mei memoriam, indicent rem significatam. Quod enim alterius rei mnemosynon est, Hoc est eius signum memoriale. Sed Christus dicit omnia illa præcedentia esse mnemosynon sui ac suæ passionis. Igitur illa omnia, nempe comestio corporis Domini, sunt signa, non res signata.

Hinc igitur liquido cernit pius Lector, quod Definitio Sacramenti optimè conuenit cum uocibus & apicibus

Eius sacrosancti testamenti filij Dei.

Quanto argumentatur à natura Sacramentorum. Dicit eam esse omnium Sacramentorum naturam, ut in ihsu nomen rei signatæ signo attribuat, nec tamen id ibi ex scriptura uel probat, uel saltem probare conatur: Sed tantum unum & alterum dictum Augustini & Theodoreti citat. Postea fingit sibi ipse multas tropicas locutiones, tanquam in commune usitatæ: de quibus mox dicemus. Quod ad Augustini dicta attinet, sanè illa id non habent, quod omnium Sacramentorum natura sit, ut nomen rei signatæ signo tribuatur per istorum Metonymiam.

Primum dictum Augustini est, quod Sacraenta habeant quandam similitudinem cum rebus, quarum sunt Sacraenta. Quid hoc contra nos, aut pro istius absentia corporis Christi à Cœna? Et nos affirmamus sacrâ cœnâ, seu illam externam manducationem corporis Christi, habere aliquam similitudinem cum eius spirituali fructione, eius proprie est signum aut minenosynon, ut clarissime Christus ipse afferit.

Alterum eius dictum est, quod non dubitauerit Christus uocare corpus suum, cum daret signum corporis: Reète & hoc, quandoquidem ille etiam ea uocat, que non sunt, & non frustra uocat. Sed exponit ipsemnet Augustinus suam sententiam hisce uerbis: Caro eius est, quam forma panis operata in Sacramento accipimus: Et sanguis eius, quem sub uini specie & sapore potamus: Caro uideatur carnis, & sanguis est Sacramentum sanguinis: Carne

sanguine, utroq; inuisibili, spirituali, intelligibili signatur  
uisibile Domini nostri Iesu Christi corpus, & palpabile,  
plenum gratia omnium virtutum, & diuina misericordie.  
Hic audis ita esse illud inuisibile corpus signum, ut sit etiam  
in uerum corpus pane opertum.

Postremo & Theodoretū citat, qui dixerit Christum  
permutasse nomina, & corpori quidem tribuisse nomen  
symboli, symbolo uero nomine corporis: Ita inquit uite sese  
nominauit, & symbolum sanguinem suum. At cur non ea  
tiam mox adiuncta ibidem Theodoreti uerba citat: Affir-  
mat is perinde cum pane esse corpus Christi in sacra Cae-  
na, sicut cum diuinitate est humilitas in eius persona.  
At ego quero, an uel Theodoretus dicat, uel ipse ausus  
dicere, eandem planè esse formam locutionis & sensum  
quoq; cum dicit Dominus, Ego sum uitis: Et cum dicit,  
Hoc est sanguis meus? ibi enim Metaphora est in uoce uis-  
tis, hic iam isti uolunt sanguinem propriè accipi non meta-  
phorice, et sane Christus loquitur de suo uero sanguine no-  
ni Testamenti, nō de metaphorico aut re simili sanguini,  
sicut in altero dicto de metaphorica uite locutus fuerat.

Hunc eundem suum paralogismum uult etiam proba-  
re à communi usu dicendi, quod fasces et Magistratum uo-  
cenus iusticiam, quod annulum coniugalem uocemus ma-  
trimonium, quod uellus aureum uocemus ordinem pa-  
tritium. Ego sane nunquam hando audiui, uel legi quen-  
quam ita loquentem, nec opinor quenquam sane mentis  
ita loqui: Sed dicit librum uocari Ciceronem: At cur non  
addit etiam, esse similem locutionem sacræ Canæ? Hoe

EXCHES

exemplum tunc conueniret si diceret, omnia à Christo  
instituta aut facta uocari Christum, sicut liber ab autho-  
re uocatur Cicero. Summa non tantum violenta sunt hęc  
apfius commenta: Sed etiam planèridicula, & magis ludi-  
brio exponentia ipsorum sententiā, quam confirmantia.

Verū nū cum generalem regulam de prædicatione Sa-  
cramentorum proponat, cur nec unum quidem exem-  
plum talis locutionis de ullo Sacramento illuc profert:  
Alij ipsorum scriptores soliti sunt prōferre exemplū de  
circumcisione, item de agno paschali. At si in circumcisī  
one ualeret ista ieiunus regula, quod signo nomen signati-  
tribuatur, tum oportaret eam uocari iustitiam aut grati-  
am, quia teste Paulo, fuerat signum gratuitæ iustitiae: Sic  
agnum Paschale oporteret uocari Christum, quia ille  
unicum illum agnum Dei significauit. Citant isti colum-  
bam uocari Spiritum sanctum. At ibi non significatus, sed  
uerē exhibitus fuit Spiritus sanctus. Quare manifestum  
est, istam istorum regulam nulla solida ratione, omnium  
autem minime sacris literis demonstrari posse. Refutau-  
uerò eam copiose pluribus meis demonstrationibus, præ-  
sertim in Appendice, nempe demonstratione Num. 15.  
& 16.

Sextò ratiocinatur ab analogia rerum signatarum, &  
nomina permutatione. Proponit ergò, quod sicut in sa-  
cra Cœna Dominus dixit, Hoc est corpus meum: ita uicif-  
sim Iohann. 6. dixerit, Ego sum ille panis uiuificus, qui de  
cælo descendit: & quod sicut oporteat hoc posterius di-  
stum ex NATVRA SIGNI (hęc enim sunt eius  
uerba) interpretari, sic & alterum.

Rcfpon-

Respondeo hoc palpabiliter falsum esse: quis enim dicit uerba Domini Iohann. 6. exponere: Ego sum signum aut significo panem uiuum & de caelo descendente. Quare uerba inuenito istud sophisma, & dico, quod sicut Ioh. 6. Christus affirmat scipsum esse uerba ac re ipsa, non autem significatiuè illum cœlestem ac uiuificum panem. Ita etiam in sacra Cœna oportet uerbum sum de uera reali existentia, non de Metonymica nudaq; significatio ne exponere. Euerit ergo cum eius proprium exemplum uerborum Ioh. 6.

Concludit audacter uerba Christi ex Analogia signi & rei signatae potius, quam ex uerborum ( ut ipse blasphemat ) superstitiosa obseruatione exponenda esse. Cuius rei rationem uult, citatis uerbis Theodorici explicare, quæ cum male citet, rectius ea ex ipso authore adscribemus. Manifestum est institutum ihs, qui sunt diuinis mysterijs initiati. Volebat enim eos, qui sunt diuincrum mysteriorum participes, non attendere naturam eorum, quæ uidentur, sed propter nominum permutationem MUTATIONI, quæ fit ex gratia, credere. Qui enim, quod natura corpus est, triticum & panem appellauit, & uitem rursus scipsum nominauit, is symbola & signa, quæ uidentur, appellatione corporis & sanguinis, honorauit, non naturam quidem mutans, sed naturæ gratiam adiiciens.

Confer hec cum istius citatione, deprehendes plures corruptelas, Nam iste habet, Non obstupecere ad naturam rerum sub aspectum cadentium: At textus simpliciter.

Cer ait: Non attendere naturam eorum, quae uidentur. Sic etiam adiicit uocem beneficium, quae in textu non adest. Quod omnia cum fraude et ueritatis danno ab isto adiiciuntur.

Quid hic quæso Theodoretus de signo & re signata dicu? Nihil prorsus: Sed dicit uerborum mutationem factam esse, ut credamus rerum permutationem, quæ ex gratia fit: Inquit enim, Voluit eos, qui diuina hæc sumunt mysteria, non attendere naturam eorum, quæ uidentur: Sed propter nominum permutationem mutationi, quæ fit ex gratia, credere. Enclarè audis, non tam ipsa illa uisibilia spectanda, quam adiunctam ac inuisibilem mutationem credendam esse, & quidē exponit talem ibi mutationem factam, ut panis quidem non desinat esse panis, sed nihilominus sit corpus Christi, sicut uerbum fit caro, neque tamen ita prorsus mutetur in carnem, ut desinat esse uerbum. Afferit ergo Theodoretus unionem rei terrena panis, & cœlestis nempe corporis Christi, simulque damat transubstantiationem.

Quamobrem manifeste pugnat Theodoretus recte citatus cum isto scriptore: Dicit enim uerborum illa permutationem non ea sine factam esse, ut per Metonymiam & nudam significationem (ut ab ipsis sit) eludatur, Sed ut ob eam credamus rerum permutationi, quæ fit ex gratia Dei.

Ex hoc alijsq; præcedentibus Sophismatibus, concludit hanc communem regulam, ut ipse eam uocat, inquens: Est enim hoc àz yōu & uerissimum, omnino nunquam tribui sacramentis nomen rei significatiæ, quin symbolice illud ac sacramentaliter, non realiter ac substantialiter sit explicandum.

Amice

Amice triumphas ante uictoriam. Non dum enim mon  
strasti, in sacramentis signo nomen rei signatae tribui,  
multo minus panem esse signum aut sacramentum, &  
corpus esse rem significatam. At contra panem non esse  
sacramentum, satis supra ex uestra propria definitione  
ostensum est. Denique omnium minime probasti, isto sensu  
talem prædicationem, si que usquam gentium est,  
sieri.

Facta hac ex præcedentibus conclusione, dicit se ar-  
gumentari uelle ab exemplis; primum dicit, sic initio Ge-  
nesis uocari arborē & scientiæ, quasi perinde i-  
bi legatur. Hec arbor est uita seu scientia, sicut dicitur,  
Hic panis est corpus: quis nō uidet prorsus diuersum esse,  
prædicari prædicatum de subiecto, et duo substantiæ ita  
inter se connecti, ut alterum per regimen ponatur in ge-  
nituuo? Ingens etiam disputatione est, Quare dicatur arbor  
scientiæ aut uite: Si enim Deus dederat illas arbores in  
symbola aut sacramenta scientiæ aut uite, ut iste uult,  
tum sanè uel maximè uoluisset hominem de eis comedere,  
ut moneretur sibi à Deo scientiam & uitam contingere,  
sicut isti de pane differunt, quod ideo detur nobis, ut  
testetur nobis corpus Christi donari.

Circumcisio Genes. 17. non tantum signum aut Sacra-  
mentum fæderis, ut iste urget, sed etiam uerè fædus fuit,  
ut eam paſſim scriptura uocat: Quidam etiam ipsem Cal-  
vinus & Beza testantur sacramenta esse fædera: Et sanè  
certissimum est, totam illam actionem circumcisionis fu-  
isse fædus inter Deum & Abramum ac eius posteros.

Similem

Similem Metonymiam aut significatiuam locutionem  
sunt in eo statuere, quod Iacob locum ubi sibi Deus appa-  
ruerat, uocauerat domum Dei. Atq; Iacob non uult, ut il-  
le locus significet sibi domum Dei, sed clare inquit: Quā  
terribilis est iste locus? Non est hoc nisi dominus Dei et por-  
ta cœli. Cur autem non uerē ille locus diceretur dominus  
Dei, ubi sepe Deus tam benignè ac tam familiariter corā  
exhibet, & in eo quoq; habitaturum & Ecclesiam suam  
habitatum satis indicavit?

Dicit Mosen uocasse aram Iehoua Nisi: Sit ita sanè, ta-  
met si non planè uerum sit: Aliud est, quod alicui rei ali-  
quando per aliquem tropum propria appellatio tribua-  
tur: Aliud quod integra oratione aliud de alio prædice-  
tur: Non dicit Moses, hæc ara est Iehoua. Qnod si dixis-  
set, nihil minus non per significat exponendum fuisse:  
Sed hæc ara uocatur Iehoua Nisi. Aliud certè est unius rei  
unum nomen propriè aut impropriè imponere, & aliud  
integra oratione eliquid de aliquo affirmare aut negare:  
nisi totam naturam sermonis confundere uolumus.

Dicit quoq; phasē & omnia sacrificia uocari expiatio-  
nes ac purgationes: Que sanè etiam reuera fuere purifi-  
cationes, si non anime, at certè corporis, teste epistola  
ad Hebreos, tametsi & anime purificationes fuere, si  
quis fide eas rectè apprehendit. An frustra toties dicitur,  
offeres pro expiatione. Item & oblato sacrificio mundus  
erit. Certè illa sacrificia credentibus uerē ac realiter pli-  
tificationem Christi applicabant, ut etiam Caluimus ac  
Beza uehementissime contendunt. Arca fæderis nusquam  
dicitur

dicitur lehona exercituum, ut iste singit: & tamen si di-  
ceretur, significaret unionem, quandoquidè clarè Deus  
testatus fuerat, se in arca habitaturum, seq; ibi quæren-  
dum & inuocandum esse.

Pergit ultius extenuare per suam significatiuam  
metonymiam realia scripturæ dicta, inquietus: In nouo  
Testamento Baptismus dicitur ablutio peccatorum, &  
regeneratio spiritualis, dicitur in Baptismo indui Chri-  
stus &c. que omnia dicta sunt etiam tropicè de sola me-  
tonymica significatione exponi.

Obsecro te autem Christiane Lector, an non est hec  
summa impietas, Sacraenta, quæ sunt Dei non hominū  
actiones, tam sœde extenuare, quasi Deus per eas tan-  
tum significet ablutionem & regenerationem, & non re-  
ipsa præstetur, quod tamen etiam Calvinus ac sectatores  
eius contendunt. An igitur falso dicitur: Nisi quis fuerit  
regeneratus ex aqua, & mundans eam lauacrum regene-  
rationis? & Saul frater abluc peccata tua? Certè ista  
falso dicuntur, Si Baptismus est tantum signum ablutionis  
ac mundationis & regenerationis, non autem uera  
ac realis ablutio ac regeneratione. Sic scilicet oportet u-  
nam impietatem per plures altas tuere, & ex uno erro-  
re in alium ruere. Sic etiam Antuerpienses Sacramen-  
tarij extreme extenuarunt efficaciam Sacramentorum.

Hicce falso ac cum summa impietate adductis exem-  
plis, hæc subiicit inquietus, Contra etiam cum res ipse  
Symbolis tribuuntur, eadem explicatione utendum est.  
Christus discitur agnus & petra &c. Debebat dixisse:

C

Con-

Contra etiam cum Symbola rebus ipsis tribuntur, si sim  
bi constare uoluisset. Sed studio triumphi seu conclusio  
nis ante uictoriā, non obseruauit quid diceret.

Verum cum Christus dicitur agnus Dcū, tollens peccata  
mundi, Item petra spiritualis sequens & reficiens  
Iudeos, non certe significatiue sed realiter intelligendum  
est, quod uerē ac uerissimē, & (ut ita dicam) realissimē  
Christus fit unicus ille agnus Dcū, totius mundi peccata  
tollens ac expians. Sic etiam planē impiē corruptit di  
ctum, cum Christus dicitur esse propiciatorium nostrum,  
cum ille reuera id nobis fuerit. Dicit Angelos uocari  
Cherubim simili ratione, An ergo uult angelos esse signa  
aut symbola Cherubinorum? O cæcitatem extremam.

Tandem hisce uerbis iō triumphhe clamat: Quid mul  
ta. Quicunq; primis labris scripturam attigerunt, intel  
ligunt sane hanc nostram regulam esse ueram, firmam  
ac perpetuam. Itaq; fallitur noster antagonista, qui ex  
singularibus nos existimat ratiocnari. Hactenus itaq;  
de definitione &c.

Imò tu ipse amice falleris & fallis alios, dum non tan  
tum ex paucis, sed etiam ex falsis atq; adeo impijs singu  
laribus uniuersalem, eamq; falsissimam & impientissimā  
regulam cudas, ut tibi plus satis hactenus ostensum est.

#### DE PARTIBVS.

Septimō, Absoluta tam præclarè definitione Sacra  
menti, pergit ad ratiocinationem à partibus: Vbi etiam  
suo more mox in portu impingit, Inquit enim: Tantum  
duas esse partes Sacramēti, nemo est qui ambigat: cœlestē  
nūmī

Nimirum aut inuisibilem gratiam, & uisibile signum.

Respondeo. At qui omnium illorum locoru doctores  
unanimiter ediderunt ante annū confessionem, in qua ita  
Sacramentum in genere definiunt: Sunt autē Sacra men-  
ta symbola mystica, uel ritus sancti, aut sacræ actiones, à  
Deo ipso institutæ, constantes 1. uerbo suo, 2. signis, &  
3. rebus significatis, quibus in Ecclesia summa sua benefi-  
cia homini exhibita, retinet in memoria, & subinde reno-  
uat, quibus item promissiones suas obsignat &c.

An non hic ut minimum tres partes constituuntur Sa-  
cramenti, nempe Verbum, signū & Res signata? Quod  
si uelis etiam inter partes ponere gratiam Sacramento  
obsignatam, ut iste ipse facit, iam quatuor partes sacra-  
menti, secundum hanc definitionem erunt.

Qualis ergo tandem iste Rabbi & uerbi Dei securator  
est, qui tam cuò confessionis sue atq; adeò omnium illo-  
rum hominum communis prorsus oblitus est? Certè uer-  
bum accedens ad elementum, ex partibus Sacramenti si-  
ne extrema impietate excludi non potest.

Falsum & illud est, quod non tantum hic, sed etiam  
supra in definitione posuit signa sacramentalia uisibilia  
esse, si in genere ac omnibus pronunciat. Nam Moyses  
& Ezechiel atq; adeo Caluinus super Ezechieli 20. cla-  
rè affirmant, Sabbathum fuisse sacramentū aut signum  
gratiae, nec tamè certè Sabbathum est uisibile. Philippus,  
quem isti uolunt esse suarum partium, docet Absolutionē  
esse Sacramentum, neq; tamen est quiddam uisibile.

Sed solent isti interdum citare Irenæum, qui dicat,

duabus rebus constare Eucharistiam re terrena & celesti. Verum Irenaeus ibi non totum Sacramentum Eucharistiam uocat, sed tantum id, quod in sacra Cœna corpore nostro percipimus aut comedamus. Illud queq; absurdum est, quod corpus Christi uult esse illam inuisibilē gratiam, quæ in Sacramento confertur. Dicat enim obsecro, ubi gratia in scriptura significet corpus Christi?

Cum igitur tota ista enumeratio partium Sacramenti sit falsissima, & cum illorum propria ac recenti communq; confessione pugnans, sequitur etiam ratiocinationes inde extractas, nullius roboris ac soliditatis esse.

Octauo ratiocinatur à causa efficiente, à promissione uidelicet, hoc sermone. Si porro causam ipsam efficientem Sacramenti consideramus, profecto fiet perspicuum, Christi uerba symbolicōs uel tropicē debere intelligi. Omnino causa efficientis Sacramentorum est promissio uerbi diuini: Promissio nisi fide non potest accipi. Ac sane nihil est, quod fides corporali modo amplecti queat. Reuinatur igitur in hac Sacramenti promissione, corporalem omnem intuitum debere amoueri. Id ipsum docet Augustinus uulgatissima sententia. Quid paras dentes & uentrem? crede & manducaisti.

Hanc ego orationem pro mea ruditate, ad nullum aliud argumentum reducere aut formare possum, quam ad hoc. Qualis est causa efficientis Sacramenti, nempe promissio, tale est etiam Sacramentum ipsum: Sed promissio non potest nisi fide accipi: Igitur etiam totum Sacramentum tantum fide accipendum est. An non est

bella

bella ratiocinatio, qua nempe omnia Sacra menta pentes  
tus eueruntur. Si enim Sacra menta corpore non acci-  
piuntur, ut circumcisio, Baptismus, Cœna sacra, uetus ac  
noua, et alia, tum sane nulla sacramenta peragentur aut  
omnino erunt.

Verum falsissima est tum maior, tum minor. Non eni-  
m promissio propriè est causa efficiens Sacramenti, sed  
Christus instituens ac mandans, non etiam uerum est,  
quod qualis sit causa efficiens, talis sit effectus per omo-  
nia. Deniq; ut maxime promissio sola fide accipiatur, si-  
cuit omne uerbum Dei tantum fide accipiendo est, tamen  
res promissa aut uerbo indicata corpore accipi pos-  
tent. Sicut certè panis & uinum in Cœna, quod & ipse  
confitentier, licet uerbo promittantur aut percipientur,  
tamen corpore percipiuntur. Sic etiam Baptismus, sic  
bona ualitudo, panis quotidianus, & innumera alia Dei  
beneficia corpore percipiuntur, quantumuis promissio-  
nes ipsæ sola fide complectendæ sint.

Augustini quoq; dicto pessimè aduersarij abutuntur.  
Non enim eo uoluit ille tollere externam mandationē,  
qui sepe affirmauit ore accipi corpus ac sanguinem Do-  
mini. Sed reprehendit opus operatum, ostendens fru-  
ctum, beneficium, uel effectum sacramenti sola fide acci-  
pi, etiam extra communionem.

Talibus uero inceptissimis sophismatibus Christo &  
eius testamento subinde proterue insultat, concludens et  
exclamans, Non igitur ex syllabis & apicibus textus sen-  
tentia accipienda est: At Christus contra uult, illos ip-

**S**os suos apices, iota et syllabas pluris quam cœlum et terram fieri, ne dum quam istas circulatorias præstigias et malicioas imposturas sophismatum inanissimorum.

Decimo, à fine promissionis argutatur, mirabili prorsus at intricatissimo paralogismo: Cuius sorte hec posset esse summa. Omnis promissionis in Sacramento finis est, ut beneficiat homini, non rei aut elemento sacramentis: Igitur corpus Christi datur homini per fidem, non untur panis.

Respondeo, conclusio non sequitur. Nam etiam si Sacra menta et Verbum, totaq; religio spectet salutem hominis et gloriam Dei, tamen ea non pendet ex hoc fine, nec uariatur secundum eum: sed ex libera uoluntate Dei, qui eam pro suo libitu sic instituit. Sacra Baptismus, sacra caene, uerus et noua, et similia diuinitus data ac instituta sunt, non propter aquam, panem aut uitrum, aut agnum paschalem: Sed tamen postquam sic ea Deus instituit, talia esse et permanere debent. Deus enim apparuit Abraham in forma trium uirorum, et aliis postea in alijs formis. Spiritus sanctus apparuit in forma columbae, flammarii, uenti, halitus etc. non sane propter illas ipsas formas aut creaturas, sed propter utilitatem hominis: Sed tamen quandoquidem ei sic libuit talibus creatis rebus aut formis se se unire, quid tandem habet humana temeritas: quod in Dei operibus mutet aut caueatur ac obganniat?

Solent aliqui iactare in hanc sententiā quandā regulā nomine Philippi, Corpus Christi adest non propter p*an*um

wem, sed propter hominē. Respondeo, si illud aduerbitur  
Propter significat causam finalē, adest sane illud tum ob  
Salutē hominis, tum etiā propter gloriam Dei. Si illud Pro  
pter significat causam efficientē, tum nec ob hominē, nec  
ob panē adest, sed ob liberrimā omnipotentis Dei ac sui  
eius uoluntatē & institutionem, qui quae uoluit, & sicut  
ueluit, fecit. Vnde etiā omnia in rerū natura suas formas  
habent ac dependent: At bone Deus, quam isti multos an  
bus & malo intellectu istius regule, ueluti celestis cum  
iustā oraculi decipiunt, cum tamen nihil sit ea infirmus

Inquit iste, cum Baptismus dicitur lauacrum regenerationis, id non sit in aqua gratia, sed eorum, qui baptizantur. Respondeo, sit ita sane: Num propterea non est ue  
rum, quod Deus uult nos ex aqua et spiritu regenerare,  
Ioh. 3. & per lauacrum aquae mudare, Ephe. 5. et Tit. 3.

Ibidem ait, cum circumcisio dicitur fædus, animus nō  
ad illam actionem conuertendus est, sed ad fideles ipsos,  
ad quos sermo instituitur. Respondeo, Imò animus  
fuit uel maxime conuertendus in illam ipsam uicētis Dei  
actionem ac uerbum, & in Deum eam agentem, ac ibi fæ  
dus cum homine pangentem. Sic in Baptismo illa tota ac  
tio spectanda & consideranda est, & Deus eam agens,  
aut nos per manum ministri baptizans, nosq; eo modo  
ac ratione regenerans, & filio suo induens.

Quorsum Christus nos in sacra Cenā respicere uon  
uerit, satis clare dīgito & uerbis ostendit, monstran  
do non Apostolos, ac dicendo, hi per fidem accipient  
mēcum corpus, quō id illius sophismata iendunt: Sed monu

**A**rando panem ac dicendo, Hoc est corpus meum. Verū nūbilissimus uerum est, quod monstrauerit panem datū, non oblatum, aut reclusum, uel offerendum, aut adorandum, et de eo tantum pronunciauerit.

**O**bijcit ille, si fieret unio corporis cum pane, tum pānis plus utilitatis acciperet, quam homo, quod est absurdum: Igitur nulla est unio corporis cum pane.

**R**espondeo, eadem nomine etiam unionem spiritus sancti cum flammis, columba et habitu refutare ac negare liceret, quia Deus non illis figuris, sed homini benefacere uoluit. Imò etiam ipsam incarnationem filii et dualium naturarum unionem sic redarguere possemus, quia uidelicet Verbum aeternum patris non propter Iesum uenit, ut illum seruaret, sed propter torum genus humānum.

**A**t qui omnes illae uniones siue corporis cum pane, siue Dei ac spiritus sancti cum uarijs creatis speciebus, licet uerae factae sint, tamen in bonum homini, pro Dei singulari beneplacito institute ordinateque sunt: imò si Christus etiam illum panem transubstantiare uoluisset, sicut aquam in uinum mutauit, tamen etiam illud ipsum in bonum homini dirigere potuisset, sicut non honorandae aut iuuandae aquae gratia, sed conuiuarum illorum, aquam in uinum transmutauit.

**B**one Deus, quanta est audacia simul et subtilitas carnis, cum semel sibi desumpsit, ludere in rebus ac uerbo diuino, et omnia ad sui cerebri modulum dirigere.

**V**ndedecimo ratiocinatur à promissionis substantia. Pri  
mum

mum conatur persuadere lectorem, quod illa uerba, **Hoc**  
est corpus meum, non sint simplex assueratio, sed pro-  
missio. Verum nullas ad eam rem uel tenues probatio-  
nes affert. Nam collationes aliquarum sententiarum,  
quod aliquando simplex assueratio posset in promissio-  
nem resolui, præterquam quod et illæ sunt inceptissimæ,  
ut maxime essent uerae, nullam tamen necessitatem con-  
clusioni afferunt. Quod autem illa uerba non promis-  
sionem propriè, sed simplicem affirmationem contine-  
ant, hæ sunt immotæ probationes.

Primum ipsa forma sermonis manifestè puram asses-  
uerationem continet, sicut ipse met confiteatur hisce uer-  
bis, Primum animaduertendum est, hanc loquendis for-  
mam nullam omnino habere promissionis speciem. Si ue-  
rum est quod consiteris, qua ergo conscientia tu uerba  
Domini in aliud speciem transfigurasse?

Secunda ratio est, quod nullius conditionis aut perso-  
næ fit mentio, cui quicquam promittatur, sicut fieri alio  
qui in promissionibus solet.

Tertio, cum Paulus eam alijs uerbis efficerat, simpli-  
citer eam itidem pure ac indicatiæ affirmationis uer-  
bis exprimit, inquens: Panis quem frangimus, nonne est  
participatio corporis Christi? Et Calix cui benedicimus  
etc. Non dicit ille, Panis quem frangimus, erit uobis, si  
credideritis, corpus Christi, sed simpliciter, idq; ad im-  
dignos loquendo, affirmat esse corpus.

Quarto, promissiones et fides eas apprehendens,  
postea primum in sacra Cana sequuntur, nempe pro uon-

bis traditur , pro uobis effunditur . In memoriam meā  
facite eūc.

Quanto necesse est ante promissiones primum descri-  
bere ipsam essentiam Sacramenti , postea deum prou-  
missiones addere , quae continent finem aut fructum San-  
cramenti , ut in Baptismo ac Circumcisione indicatur  
primum , quis & quomodo debeat baptizari aut circum-  
cidī , aut agnum paschalem comedere : Postea deum  
est promissio indicans , quos fructus inde percipere de-  
beat.

Postremò cum toties illa formula Christi ab Euange-  
listis & Paulo repetatur , nusquam tamē in promissione  
resoluitur , aut esse promissio subindicatur .

Est igitur simplex affirmatio Domini de re presenti ,  
quod illud ipsum datū sit corpus ac sanguis suus , siue tu-  
credas siue non ; non autē promissio de futuro , sicut uer-  
ba , In principio creauit Deus celum & terram , aut il-  
lud Christi , sicut ueni à Patre , ita abibo ad Patrem , sim-  
plex affirmatio est , siue quis credat siue non .

Hinc igitur liquido palet , istius affeuerationem ab  
ipso quidem nec etiam uerisimiliter probatam , à me  
uerò ualidissimè ac ex ipso Dei uerbo confutatam esse .

Ex hoc uerò arenoso , uanissimoq; fundamento ita  
porro sensum sacrosancti testamenti prorsus euertens  
concludit : Quis igitur negabit , quin hæc uerba . Bibite ,  
Hoc est sædus nouum in meo sanguine , ita accipi de-  
beant , quasi dixerit : Quisquis creditderit , meum san-  
guinem , pro se esse profusum in peccatorum remissio-

Nem, Is in hoc meo nouo fædere, sanguine sancito certa  
sebitur? Hæc uero, Edite, Hoc est corpus meum, quod  
pro uobis traditur, debet resoluti in huiusmodi aliquam  
promissionem. Quicunque crediderit, corpus me-  
um pro se trahit, & hoc fide credit: Is proculdu-  
bio corporis mei per fidem fuit particeps.

Huc ego te Christiane Lector iterum atque iterum  
obtestor, ut diligentissime obserues hanc pro suis sacra-  
legam testamenti Christi inuerzionem & peruersio-  
nem: Christus ore & digito monstrat, rem datam in cu-  
bum & potum, & de eabis distincte pronunciat, quod  
sit corpus ac sanguis suus: At iste in sua ista paraphrasi  
pro suis negligit subiectum, de quo pronunciat, to-  
tamq; illam actionem, & nullam facit mentionem pa-  
nis aut umi, aut comeslis uel potionis.

An hoc est bona fide reddere sensum, quod debet  
facere fidus interpres, reticere nempe id, de quo alii  
quid prædicatur aut dicitur. Hoc sane est quod Pau-  
lus de fanaticis pronunciat, quod non attendant, neque  
quid, neque de quo aliquid dicatur.

Sic isti homines plus suis uanissimis argutiolis tribua-  
entes, quam expresso uerbo Christi, coguntur mille mo-  
dis testamentum Christi torquere ac inuertere, do-  
nec tandem aliquo modo cum eorum somnijs con-  
gruat.

Licet autem omnes aduersarij pro libitu uerba sacro  
sancti testamenti torqueant, tamen nemo, quod sci-  
tam

nam procul, tanquam audacter prorsus à uerbis Christi  
recessit, ut iste ipse artifex.

Duodecimo proponit, se uelle à ratione mandati ar-  
gumentari. Inquit enim: Adhac quis dubitet ex ratione  
mandati promissionem annexam interpretari? Quod si  
diligenter animaduertimus, facile omnis decidetur con-  
troversia. Iubet Christus accipi & edi. Quid tandem  
ipsum nè Corpus? Fac ita esse. Et mox: Iubet tamen Cha-  
ristus suum corpus manducari in Cœna &c.

Hunc scriptor iste pessima consequentia ratiocinatur,  
corpus fide tantum sumendum esse, addens subinderatio-  
nem, quod corpus Christi non posset aliter quam fide su-  
mi. Nihil uero inceptius est, quam Theologum, in theolo-  
gicis rebus, de possibiliitate ac impossibilitate disputare,  
qua tamen iste plurimū utitur passim in hoc scripto. Deo  
enim non est impossibile omne uerbum, nec nobis man-  
datum est, ut disputemus de possibiliitate aut impossibili-  
tate eorum, que Deus dicit: Sed ut simpliciter credamus  
Deo affirmanti, possibile & impossibile ipsi, qui est om-  
nipotens, commendantes.

At contra hoc ipsum eius argumentum optimè ac so-  
lidissimè contra ipsum inuerti posset, hoc modo: Ex ra-  
tione mandati exponenda sunt illa uerba, Hoc est corpus  
meum, & tota manducatio corporis Christi. Sed uerba  
mandati, Accipite & Comedite, Hoc est corpus meum,  
non possunt nisi de externa seu corporali manducatio-  
ne intelligi. Igitur corpus Christi in sacra Cœna externo  
modo manducatur.

Quod

Quod illa uerba sint de externa manduca<sup>re</sup> in-  
telligenda, primum per se est manifestissimum. Secun-  
do tota antiquitas sic illa uerba accepit: deniq; si illa uer-  
ba non accipiuntur de ext<sup>erna</sup> manduca<sup>re</sup>, tum tota  
Cena Domini sublata est. Nullum enim amplius Christi  
mandatum supererit de celebranda sacra Cena, & sem-  
per quoties celebrata est, ui & authoritate illorum ipso-  
rum uerborum ac mandati Christi in eis contenti, cele-  
brata est.

Decimotertio argumentatur à fine sacrae Cenæ hoc  
modo.

A fine Sacramenti, de quo agitur, & ab effectis.

Sed quis tandem est finis ac scopus huius Sacramentie?  
An non commemorare Christi mortem? Omnino. An  
non uiuere in Christo, & fieri os ex ossibus eius, & caro  
ex carne eius? Et id quidem est extra controvrsiam.

Iam hos fines quomodo possemus consequi? Num cor-  
porali aliqua manduca<sup>re</sup>? Ego quidem non existimo.

Paulo post in hoc eodem loco etiam sic ratiocinatur.  
Qualis est effectus Cenæ aut manduca<sup>re</sup>nis, talis est &  
ipsa causa, ncmpe Cena seu manducatio: Sed finis est spi-  
ritualis: Igitur & ipsa Cena aut eius manducatio. Re-  
spondeo. Non negamus fide fructus, fines ac effectus sa-  
crae Cenæ apprebendi: Sed ea non in uerbis, Accipite et  
Comedite comprehenduntur, sed in illis, In memoriam  
mei. Quod uero etiam externa media profint ad spiri-  
tuales fructus, est in Ecclesia notissimum. Quorsum e-  
stum alioqui exterium uerbum ac omnia Sacra<sup>menta</sup> fa-  
cerent?

Earent, nisi ad percipiendos spirituales fructus iustitiae,  
regenerationis ac uitæ tenderent?

Decimoquarto urget, interpretationem nouæ sacrae  
Cœna, ex veteri seu paschali petendant esse, quia uer-  
sus illa sit conuersa in hanc nouam: nec tamen hoc ana-  
tecedens satis applicat ad ullam conclusionem, ut non  
affequar, qualem argumentationem inde construere  
uelit. Quare nulla ampliori solutione indiget. Illud  
sola in adjicio hoc ipsum antecedens, Ex veteri Cœna non  
uam iudicandum esse, optimum fundamentum prabere  
meis quibusdam demonstrationibus, itempe 19. & 20.  
Appendicis, in quibus hoc ipsum egi. Vide eas.

Decimoquinto proponit, se uelle argumentari à uera  
borum proprietate, & natura disparatorum, ita in-  
quiens: Si ne si herba attenē inspicimus, nihil est quod  
nos ab hac sententia ad corporalem aliquam manducan-  
diationem abducat, & tropicam expositionem è ma-  
nibus excusat. Horrenda enim fuerit blasphemia, sine  
tropo existimare, corruptibile elementum Christum  
ipsum esse. Deinde certa est regula: Quoties duo  
disparata alterum dicuntur de altero, necessario ad tro-  
pum esse recurrendum, nisi forte ex alijs infinitis indi-  
cij omnino constet, Dei certissimum esse uoluntatem,  
ut contra rerum ordinem duorum disparatorum inse-  
parabilis fiat uno. Quemadmodum in unione diuinitau-  
ris cum humanitate, non una substantiæ uerbi prædica-  
tione, sed infinitis ac certissimis testimonijs cōpi obetur.  
In qua sola realis disparatorum uno potest intelligi.

Rex

Respondeo, non simpliciter dicimus, corruptibile est  
lementum panis Christum ipsum identice esse, sed assen-  
timur Christo de sacra Eucharistia in cibum data, ex-  
pressissime pronuntiati, quod sit corpus ac sanguis eius,  
constetq; (ut Irenaeus inquit) non solum re terrena pa-  
nis, sed etiam caelesti corporis Christi. Nec hoc est blas-  
phemia, sicut non est blasphemia dicere, tres viros ue-  
nientes ad Abrahamū, fuisse ipsum Deum uiuentē. Aut  
columba uel flammæ ac uentū, Ioh. 1. Act. 2. fuisse spi-  
ritum sanctū, quibus exemplis etiam isti utuntur. Quod  
autem etiā in sacra Cœna fiat disparatorū unio, probauit  
istorum proprijs multisq; testimonijs, demonstracione  
46. ut id ab isto plane sine fronte negetur.

Decimo sexto argumentatur à uerbis adiunctis, hoc  
modo: In hoc argumento, quem uel fideliore uel commo-  
diorē interpretē querimus, quām Christū ipsum, quā  
de calice ait, esse sœdus nouū in suo sanguine? Quod sa-  
nè nemo nisi prorsus amens sine tropo intelligat. Tria  
hic falsa sine omni probatione ponit, Primum, quod uerba  
Hoc est corpus, sint exponenda per illa, Hoc est nouū Te-  
stamentum: Secundū, quod dictum, Hoc est nouū Testa-  
mentum, quatenus de illa potionē intelligitur, sit tropica-  
rum. Tertium, quod si hæc locutio sit tropica, etiam il-  
la sit tropica. Ceterum de tota ista collatione duarum  
istarum locutionum, ut Lucas à Mattheo uariat, uide de-  
monstrationem 31. in Appendice.

Falso etiam ibidem citat Christum, inquiens: Chris-  
tus nos iubet hoc facere in sui memoriam, donec uen-  
iat

niat. Christus enim non dixit ista uerba, Donec ueniam:  
¶ porro argumentatur rerum absentium, non presentium  
fieri memoriam. At contra toties Deus festa et  
alias ceremonias uocat memoria sua: Num igitur etiam  
Deus eis absens est? Sed respondet ad hoc Z. Domiglianu.  
Sophisma etiam Calunus 1. Cor. 11. 24. hisce uerbis: Por-  
ro qualem sui Memoriam uoluerit Christus in Cenare a-  
coli, mox audiemus. Quod autem hinc nonnulli collis-  
gunt, abesse igitur a Cœna Christum, quoniam memoria  
non nisi rei absentis sit: Prompta est responsio, secun-  
dum hanc rationem, qua Cœna est recordatio, Christum  
ab illa abesse, neq; enim adest Christus uisibiliter, n: q: o-  
culis cernitur, sicut symbola, que ipsum figurando me-  
moriam nostram excitant.

Illud quoq; falsum est, quod dicit, Paulum 1. Cor. 10.  
mutasse uocem corporis in communionem corporis: Mu-  
tat enim ipse duo illa, nempe, Edite corpus, in uoces, com-  
munion corporis. Sed de loco illo Pauli abunde dixi in  
propria demonstratione, que est in appendice 35. Lege  
eam.

Decimo septimo desumit id sibi, quod uelit à circum-  
stantijs pro suo errore argumentari, ac primum ratio-  
natur à loco Iohann. 6. de quo in alijs scriptis copiose  
dixi, que nondum sunt refutata, nec refutabuntur uerè  
nunquam, et pergit iste et Strigelius loco nihil pro se fa-  
ciente abuti. Ratiocinatur quoq; à collatione veteris Cœ-  
na cum noua, de qua differui abunde demonstratione 19.  
et 20. Appendix.

Mox duabus tantum līneis argutatur, quod quando  
quidem Domus pauldantea prædixerit suam mortem,  
ergo noluerit in sacra Cœnæ edi. Vbi nihil plane bona  
consequentiæ est, nec etiam ab eo monstratur.

Vterius dicit in sacra Cœna neminem esse miratum,  
quod Christus panem corpus dixerit: Vnde uero illi con-  
stat neminem esse miratum? At ego dico omnes simplici-  
ter ad uerbum illud dictum accepisse, & fidem suam in  
obsequium Deo captiuam dedisse. Altoqui si alium sen-  
sum esse putassent, interrogassent, & postea alijs rudibus  
exposuissent.

Ratiocinatur ab Hebreæ linguae nativa, quasi uero il-  
la semper omnia tantum figurare et nihil plane propriè-  
dicat. Sequentes ratiocinationes à circumstantijs pertin-  
nent ad ubiquitatem, de qua materia alijs disputant.

Ex hisce bellis Sophismatibus dicit se certò statuere,  
herba Christi tropicè intelligenda esse. Qualia autem su-  
erunt Sophismata, talis est etiam conclusio inde extrusa-  
ta, eiusq; Triumphius quem idem agit.

## DE IPSIVS CONFUTATIONE.

Proposita confirmatione talibus Sophismatibus fulta,  
progeditur ad examinationem nostræ Refutationis,  
qua eorum argumenta rejecimus. Ac primum expendit  
confutationem argumentationis à natura ueri corporis  
& impossibilitate, Quandoquidem autem hic non cerno  
meam refutationem tractari, nolo omnes eius ambages  
persequi, sed tamen ipsorum in hac parte argumentation-  
em expenda, nam tota ratio talis est. Nos proponimus

D pro

pro nostra sententia perspicua uerba Christi de dato cibbo dicentis, Hoc est corpus meum, & dicimus eam clare sonare, quod Christus uelit illum cibum esse suum corpus. Respondent illi, ut maximè uerba illa naturaliter uideantur indicare, Christum uelle panem esse suum corpus, tamen non debere ea sic intelligi, se hoc evidenti arguimento probare.

Impossibilita nemo sanus uult aut affirmat. Christum exhibere suum corpus in omnibus sacris coenis (quod necessario sequitur, si uerba eius Coenæ simpliciter intelligentur) est plane impossibile: Igitur Christus id non uult, quantumuis eius uerba id ipsum indicare uidentur.

Nos solemus respondere ad Minorem, eam esse non tantum falsam, sed etiam extremè improbam, quia Deo non sit impossibile omne uerbum: quare concidere totum istum paralogismum.

Hic contra nostram oppugnationem minoris, aliqui istorum aperte incipiunt suam blasphemiam tueri, Deo non esse possibile omne uerbum, quod expressè fecerunt duo istorum præcipui scriptores, & istud ipsum scriptum non raro facit. Quæ ipsorum disputatio manifestè cum scriptura, & omnipotentis Dei gloria ac maiestate pugnat.

Sed in hoc loco iste oblitus sui argumenti, cò recurrit, ut dicat nos nondum probasse Christum id uelle. Inquit enim: Hic primum sumit pro confessio, quod est unum in controuersia, nempe omnino cum uoluisse, ut realiter adesse,

adesset pani in Cœna: & ex eo efficit: Ergo & potuisse;  
Et quasi nos illud concederimus, uersatur in hoc uno con-  
firmando, de quo nemo est qui ambigat, uidelicet nihil  
Deum uelle quod non possit.

Respondeo. Redi ad tuum argumentum cuius summa  
necessariò ea est, quam suprà proposuer & nulla alia. Eius  
in morem ita clare ostendimus esse impium, ut tu ipse iam  
tam non auctis tueri. Ergo concidit hoc tuum argumen-  
tum ab impossibilitate & corpore naturali duclum, ac  
simplici sensui uerborum Christi oppositum: Et hoc est  
quod nunc efficere uolumus. Stant igitur adhuc uerba sa-  
cra Cœne in suo nativo sensu collapsi suo sophismate de  
impossibilitate.

Sed illud hic uel imprimis obseruatu dignum est, quod  
quantumvis contra pugnet, nihilominus etiam clare con-  
cedit, Christum uoluisse panem esse suum corpus. In-  
quit enim: Non negamus igitur Christum V O L V-  
I S S E, ut panis ille sacramentarius suum E S S E T  
corpus: Sed ut realiter pani coniunctum esset cor-  
pus, ut substantialiter uerba acciperentur: id uero  
per negamus. Hic iste scriptor disertè confitetur, Chri-  
stum V E L L E panem esse suum corpus, quod tamen  
prius negauerat,

Disertè etiam in istis ipsis paucis uerbis secum pu-  
gnat, dum dicit Christus uult panem esse suum corpus: &  
non uult sua uerba. Hoc est corpus meum, substantiali-  
ter intelligi: Si non uult Christus uerba, panis est  
corpus meum, substantialiter intelligi, sed significatiue

D 2 tantum.

panum, nempe panis est signum aut significat tantum  
corpus meum, cum certè non uoluit panē esse suum cor-  
pus, sed solummodo signum aut memoriale sui corporis.  
Et uicissim si uult panem esse suum corpus, uult profecto  
etiam sua uerba sic ad uerbum intelligi.

Argumentatur hic Christum non habere contrarie  
uoluntates: Respondeo non sunt contrarie, quæ isti car-  
naliter ratiocinantibus uidentur contrarie, ut habere  
corpus naturale ac cibo indigens, & non edere integris  
40. diebus: Habere corpus ignominiosum, & ostendere  
gloriam suam in monte: Habere corpus naturale, & pe-  
netrare lapidem & ostium, & nasci muiolatis claustris  
uirginitatis, ut omnis uetus as hec tria asseruit: Esse uisi-  
bile, et subito disparere, habere post resurrectionem cor-  
pus gloriosum, & non edens, & tamen edere, ambulare,  
nihil excellere communem speciem ignominiosorum cor-  
porum, esse etiam vulneribus laceratum & similia. Hæc  
inquam non sunt Christo contradictoria, sicut nobis ui-  
dentur esse contraria, quia ille non est seruus naturæ, ut  
nos, sed Dominus.

Proponit hic etiam illud Sophisima, corpus Christi est  
pro nobis crucifixum: panis est corpus Christi: Igitur pa-  
nis est pro nobis crucifixus. Respondeo, Mutato genere  
predicationis non ualeat consequentia: ut si dicas: Omnis  
homo est creatura. Deus est homo. Aut, Verbum uel filius  
Dei est homo: Igitur filius Dei est creatura. Aut, Deus  
nullum habet principium: Homo Iesus est Deus. Ergo ho-  
mo Iesus non habet principium, non natus est ex Maria  
virgine.

virgine, non est filius David: uel si dicas. Columba & flammæ super apostolos & Christum uisæ, fuerunt res percuntes: spiritus sanctus sunt illæ species. Igitur spiritus sanctus est res mortalis. Sic illi tres homines uisi Abrammo fuerunt res mortales, &c.

Respondeo non ualeat ratiocinatio, quia in minore significat tantum unionem, non autem planè extremam (ut cum Sophistis loquar) identitatem, sicut Papistæ uolunt esse in herbis Domini identicam prædicationem.

Quo erit quo oraculo edocet simus, potius esse unionem quam transubstantiationem. Respondeo quod scriptura nibilominus uocat panem & genimen uitis, etiam postquam est factus Eucharistia, & quia hoc de natura sacramenti est, ut non tollantur elementa.

Vrget porro, etiam si casset unio, non propter ea uerba realiter esse accipienda, excluso omni tropo: Probat id exemplo, quia cum Christus docet suam mirificam unionem cum Ecclesia, & dicit se esse uitem, nibilominus esse admittendum tropum.

Obseruet autem hic Christianus frater maliciose exco gitatam imposturam, que enim tandem est similitudo inter istas duas locutiones, panis est corpus. Et: Ego sum uitis. Neq; enim sicut nos dicimus indicari unionem inter panem & uerum naturaleq; corpus: sic ille dicet significari unionem inter Christum & naturalem uitem: Sed dicit significari unionem cum Ecclesia. Non etiam dicet sic propriè accipi uocem uitis, sicut propriè accipitur uox corporis. In summa ergò dissimilitudine, qua fronte

audet iste ab exemplo sophisticari? Aliud est doctrinā unionis tradi, aliud in unica propositione significari unionem prædicati cum subiecto?

Sed obseruetur istorum bella concordia, quod praesertim ac exhibitionem corporis Christi realem iste hic uebementissimum ingeminatique uicibus damnat, quam tamen Calvinus hinc uerbis diserte adseuerat: Præterea audio quid uerba sonent: neq; enim mortis tantum ac resurrectionis suæ beneficium nobis offert Christus, sed corpus ipsum, in quo pascit ac resurrexit. Concludo R E ALITER (ut uulgò loquuntur) hoc est V E R E nobis in Cœna dari Christi corpus, ut sit animis nostris in cibum salutarem. Loquor uulgari more: Sed intellago substantia corporis pasci animas nostras, ut uerè unum efficiamur cum eo, &c. In Epistolam Pauli 1. Corin. h. 11. cap.

Ac sane in hac parte longissime mihi diffidere uidentur Tigurini à Genevensibus. Nam hi uolunt uerè ac re ipsa se ueraciter adesse & exhiberi in sacra Cœna corpus Domini, & nequaquam imaginariè, quod crebro inculcant: quin etiam materiam huius Sacramenti dicunt esse ipsum Christi corpus. At iste negat id fieri realiter, sed sic ut pictura aut annulus sponsi est imaginariè sponsus ipse, sic etiam Orthodoxa Confessio Tigurinorum anno 1545. impressa clare habet, illa fieri tantum per imaginationem, sicut Christus Galatis ante oculos crucifixus est.

Hinc peractis tandem & ipse declinat ad illam impia-

en disputationem, Deum non omnia posse, ut scilicet ostendat Deum non posse dare filij sui corpus in diuersis Cœnis: q[ui] tamen supra concesserat nō esse controuersum.

Dicit item non posse Deum facere, ut corpus Christi alia constet quam carnea natura: intelligit autem carnem, ut est in hac uita communis naturalisq[ue] caro. At quæ us tandem erit caro in corpore Pauli, cum lucebit ut Sol, & cum pro corpore animali surget spirituale? Porro corpus Christi est etiam in infinitum gloriosius, quomodo erit Pauli.

Præstigiatores me hercle & magi plus præstare possunt quam isti Deo tribuunt, qui adeò urgent uisibilitatem et palpabilitatem corporis Christi ut Deus ipse id nobis inuisibiliter ac impalpabiliter dare haudquaquam posset, cum etiā præstigiatores ac magi interdum sese inuisibles ac plane insensibiles præsent: nec curant quod legūt, Christū aliquoties subito dispergisse, aut crassissimum sepid chri lapidem penetrasse, de qua re etiam postea dicetur.

Proponit porro, quod uelit præcedens Sophisma confirmare à definitione corporis, magnisq[ue] clamoribus contendit, Deum non posse dimensionem, quantitatem & localitatem à corpore auferre, sine corporis ipsius interitu: probatio eius est, quia inquit quomodo corpus nulla magnitudine constet, nulloq[ue] loco consistat? id sane ne intelligentia quidem comprehendendi queat. In quo quidem rectè facit, quod uel imprudens confitetur, se putare ea tantum Deo esse possilia, que ipse sua intelligentia comprehendere queat: reliqua uero sibi ab-

surda ac impossibilia uideri. Hoc enim est praeципuum istorum hominum in ista contiouersia fundamen tum.

Atqui Deus ea quoq; facere & suis preparare potest, que nec oculus uidit, nec auris auduit, nec ulla mens unquam concepit. Fatetur Aristoteles, fatentur & istorum Magistri sepius, idq; etiam in illo celebri ipsorum scripto, titulo Consensio, Cælum in nullo loco contineri, & extra cælum nullum esse locum : & tamen extra & supra omnes caelos collocant corpus Christi, & omnium beatorum resuscitatorum corpora, idq; physica locatione. Num igitur quia sunt in non loco, propterea non sunt corpora? Sic isti suis principijs propria dogmata cœunt, necessarioq; sequetur Christum intra cælum, ubi est localitas, non extra, ubi non est.

Testatur scriptura fore, ut totus hic mundus una etiam cum cælo omnibusq; elementis conflagrent, liquefcant ac intereant: que ergo loca & localitas tandem remanebit. Localitas enim à Deo tantum in hoc mundo condita est, quo sublate necessario peribit etiam locus. Quare secundum istius Philosophiam etiam corpora hominum interibunt: nam ipse negat se intelligentia sua percipere posse, quomodo corpus in non loco esse queat, eoq; proculdubio etiam Deum id præstare non posse. Quid igitur faciendum erit? nempe neganda erit scriptura, que affirmat interiorum mundi & totius localitatis. Sic igitur Deus tandem cogetur esse non omnipotens, ut ipse sit omniscipax aut omnintelligens, nihilq; Deo amplius sit possibile, quā quod ipse sua intelligentia consequi ualeat. Ut uero maxi-

me cuim-

mē euincerent mansurum mundum , tamen ipsi regnum Christi , ubi ipse cum omnibus pijs habitat , poscent supra & extra totum cælum . Quare nihilominus in non loco erunt .

Verum quomodo totum istud istorum principium , unde omnis eorum fides sapientiaq; dependet , Quod ui delicit unum corpus eodem tempore non posse esse in diuersis locis , dependeat ex localitate ac temporalitate , quorum uirunq; tantum ad hanc , non autem ad spirituali- lem uitam pertineat , eoq; illa spiritualia (ut ea Paulus uocat ) corpora non sint ad hasce Physicorum corporum circumstantias adigenda , dixi in meis demonstrationibus abunde , præsertim in 45.

Observatu etiam dignum est , quod iste contra seipsum confitetur , inquiens : Fatemur enim sine substantia in teritu dimensionem tolli posse , &c. Si dimensione tolli potest sine substantiæ corporis humani interitu , quid est quod tam multa de localitate & dimensione contra manifesta Christi uerba philosophatur ?

Illud quoq; notabile est , quod sorbit corporeum enī esse nibil aliud est , quam quantum esse , id est , dimensione quantitatis constare , & hoc dicit esse substantialem proprietatem corporis , quæ corpus propriè faciat . Si hoc est uerum , tum etiam linea & superficies erunt illi corpora , quia illa quoq; quantitate quadam constant .

Mox etiam sic ratiocinatur . Si quantitas discreta seu numerus conuenit corpori Christi , igitur & continua . Bella ratio à dissonili . Eodem modo posset etiam de ipsis

spiritibus, ac de Deo et tribus personis ratiocinari, si conuenit eis quantitas discreta, igitur etiam continua. Sic bello coherent argumenta errantium ac seducentium, ut sicut ex arena, teste Hilario.

Videtur autem ludere in uoce corporis: Sumit enim Mathematicum corpus (quod dicunt esse longitudinem & latitudinem cum profunditate) pro Physico.

Sed nos non disputamus de quantitatibus & localitatibus, ac (ut ita dicam) temporalitate spiritualium illorum corporum & regni spiritualis, hoc tantum scimus, tempus & locum esse huius terrenae uite & proprietates, Et non illius spiritualis.

Ut uero maxime uiuere demonstratione & clarissimo oraculo Dei ostendissent, Christi corpus esse in certo loco, & esse ita per omnia dimensum, ut hic fuit, tamen esset impietas blasphemia dicere, Deum id non posse in pluribus Cenis eodem tempore dare, præsertim iam tantum opere glorificatum, & ad dexteram omnipotentis Dei sedens, cui omnia loca ac tempora, siue nostra, siue Antipodium, perinde præsentia ac in eius manu sunt.

Quod de contradictione iterum repetit, id supra abunde dissolutum est multis exemplis ac historijs istius ipsius corporis. Aliud est omnino ordinaria Dei uoluntas: & actio, aliud specialis, quales sunt miraculose & Sacra mentales, ut quod uult ordinari: aquam, panem & uenenum tantum huic terrenae uite ac corpori seruire: & nihilominus in Baptismo ex Cœna facit, ut seruat etiam anima ac spiritui ad uitam eternam.

Ratiocini-

Ratiocinatur etiam angelos esse in loco : Sed probat  
tantum ratione rerum, circa quas agunt, esse in loco, &  
non simpliciter ac per se, tametsi in infinitum maior glo-  
ria sit tribuenda corpori Christi nunc, qui in ulli angelo-  
rum nulli teste Epistola ad Hebreos, dixit Deus, Sede  
& dextris meis. Ut uero maxime essent in loco, tamen non  
posse Deum eos eodem tempore pluribus locis sistere fal-  
sissimum est.

Vrget dictum, Tolle spacia locorum corporibus, ita  
nusquam erunt, atque adeo non erunt: quod in regulis Phy-  
sics huius mortalis uitæ ualcat, in spirituali Dei re-  
gno ualere necesse non est. Et testatur scriptura quod  
totus mundus interibit. Igitur etiam spacia locorum, neque  
tamen propterea corpora humana interibunt, certè ipsi  
ponentes corpus Christi & omnium beatorum extra to-  
tum cælum in non loco spacia eis auferunt.

Ratiocinatur quoque a tempore ad locum: quia enim  
Christi corpus fit in tempore, oportere etiam esse in lon-  
go. Respondeo, testatur scriptura, coram Deo & in illa  
eius spirituali regno esse mille annos, sicut diem unam, et  
contra. Quare gloriosum Christi corpus ad dexteram  
uiuentis Dei regnans, non curat tempus aut est in tempa-  
re, eoque nec locum curat.

Verum non libet diutius in hisce blasphemis uersari,  
ubi Deus secundum Stoicorum impia paradoxa ad secundas  
causas alligatur, quasi nihil possit aliter agere, quam ut rem  
rum natura ià effecta ordinata est, atque ita sit subiectus na-  
ture aliis regulis ac limitibus, non aut pro arbitrio imperet.

illis. Dixi alioqui de hac re etiam in demonstrationibus sa-  
tis, præsertim demonstratione 23. in Appendice.

De penetratione dimensionum ab omni ueritate as-  
serta (que etiam ex Matthæo, quo ad sepulchrū attinet,  
patet) satis in meis demonstrationibus dixi. Illud nibilo-  
m: nus manifestè falsum istius figuræ obseruetur, quod  
dicit lapidem fuisse deuolutum, antequam angeli eò ue-  
nissent, cum contra manifestè Matthæus narret, Ange-  
lum descendisse de cælo, accessisse ad sepulchrum ac de-  
uoluisse lapidem: Cui ergo tam notissimo & euidentissi-  
mo uerbo Dei pugnat.

Dicit Iohannem testari, lapidem fuisse amotum, ante-  
quam Angeli eò uenissent, quod non est uerū. Si multum  
ex Iohanne colliget, tum id tam uerum habebit, lapidem fuisse  
deuolutum, antequā Maria uidit duos Angelos in monu-  
mento. Sic falsa falsis, contra manifesta oracula Dei pu-  
gnando, oportet conari probare, iuxta uulgare prouer-  
biu[m], de uno mendacio septem alijs palliato.

## SECVNDI IPSORVM AR- gumenti confirmatio.

In hac parte à fine sumpti humani corporis, à simili-  
tudine cum nostro, ab effectis dimensionis & ab effectis  
immensitatis, illud unum urget ac uolnit, illud corpus fu-  
isse nostro simile, certoq[ue] loco ac tempore situm, palpabi-  
le, uisibile, &c.

Respondeo ut hæc omnia obtineat planè pro libitu,  
non dum tamen præscripta est regula omnipotentie di-  
vine, ut id non posuit exhibere, quale, ubi & quando uen-  
it.

Præterea aliud est disputare nunc de illo glorioſiſimo corpore, quod ad dexteram uiuētis Dei ſedet, quam de corpore ignominioso.

Sed dicet primam carnem eſſe celebratam, cum nona-  
dum illud corpus fuſſet glorificatum. Respondeo illud ip-  
ſum corpus, quantumvis tunc adhuc ſecundum eius com-  
munem rationem eſſet in ſtatu ignominie, tamen potu-  
iſſe ſe contra ſuam naturam exhibere etiam glorioſum,  
ſicut in monte ſatis oſtendit, cum multo glorioſius appa-  
ruit, quam poſt reſurrecționem, atq; adeo quam etiam in  
iſpa illa glorioſiſima eſcenſione.

Promde nulla poſteſt eſſe maior flultitia ac etiam au-  
dacia, quam filium uiuentis Dei eiusq; glorioſiſimum cor-  
pus ad leges noſtrorum corporum & cogitationum a-  
ſtrigere, ut iſte ſubinde inculcat, ſe iſtud non poſſe cogi-  
tatione comprehendere, eoq; non concedere.

Postremò tandem loco hic flagitat, ut probemus Chri-  
tum illam ſuam aſſeuerationem de corporis exhibitione  
uoluſſe corporaliter intelligi. Respondeo. Confeffus eſt  
ſuperius ipſemet Christum uoluſſe nos accipere ac come-  
dere ipſius corpus: Iam non poſſunt aduersarij, etiamſi cce-  
lum terræ miſceant, probare, illa duo uerba Accipite &  
Comedite, aliter intelligi, quam de extera corporalij  
manducațione. Verum de hac re copiosius dixi, tum in fi-  
deli admonitione, tum etiam in demonstrationibus priore-  
bus ac etiam posterioribus.

In ſecundi ſui argumenti deſcenſione agit de unione du-  
rum naturarum Christi & de ubiquitate, quas materias  
alij

magistratandas habemus reliqui, quandoquidem meo in-  
stituto non admodum necessaria fuit.

In defensione tertij sui argumenti, de ascensione Chri-  
sti in cælum, pugnante cum præsentia eius in Cœna, mul-  
tum laborat. Vult omnino, spirituale istud cælum filij Dei  
esse hoc ipsum a spectabile cælum, et non spiritualem quan-  
dam gloriam. De quo istorum paralogismo satis dixi in  
appendicis demonstratione 39. & 42. Quare nunc tantum  
quasdam eius præstigias detegam.

Citauerat aduersarius eius dictū Petri Act. 3. Quem  
oportet capere cælum, ostendens significare capere im-  
perium cœli. Id dictum iste contra torquet: dicit ualidissi-  
mè pro sua sententia contra nos pugnare, quia significet  
oportuisse Christum capti aut comprehendendi cælo, quo quid-  
dem dicto isti plurimum abutuntur. Respondi autem eis  
abundè de eo in appendice, demonstratione 42. quam uis-  
de: Nunc hæc tantum istius palpabilis uanitas obser-  
tur, quod negat uerbum d'Exodus usquam significare ut  
cupare possessionem alicuius rei. Verba eius sunt hæc.

Qym oportet (inquit) capere cælum. Hinc intelligi  
cloquitur de illo suo aduersario quicunq; demū est) Chri-  
stum ipsum debere capere cælum, idq; interpretatur,  
quasi dicas, in possessionem cœli uenire. Verum constat  
nec græce nec latine dici quempiam in ea significatione  
fuscipere cælum, &c. Contra hanc ut audaciissimam, ita  
& uaniissimam affirmationem, reperies aliquoties in Eu-  
angelistis d'Exodus fuscipere regnum Dei, ut Luc. 18.  
Qui non acceperit regnum Dei, &c. Item Marci 10. Quid

non suscepit regnum Dei, ut puer, &c. Vbi manifeste  
verbum capere significat in possessionem regni cœlorum  
uenire: quod tamen iste adeo audacter per negare non us  
retur.

Porro producit locum Pauli Ephes. 4. quem omnino  
vult pro se facere, idq; inde ratiocinatur, quia ibi addi-  
tur Christum descendisse in infernas partes terræ: ergo o-  
portuissè eum etiam in summas partes cœlorum conser-  
visse. De quo loco ego nunc non agam, solummodo pro-  
ducam Magistrum istius Calvinum, qui ei pro me sponde-  
at. Is igitur ita exponit illum locum, & descensum ac  
ascensum Christi.

Illud autem Ascendit (inquit) quid est, nisi quod etiam  
descenderat prius in inferiores partes terre. Quod de il-  
lustratione diuinæ gloriæ figuratè dictum est. Quis enim  
ignorat in uerbo Ascendere esse Metaphoram? nullum er-  
go pondus habet, quod infert oportuissè prius descendere.  
Non enim hic contendit more Dialedlico, quid nece-  
sariò ex Prophetæ uerbis sequatur uel inferri queat: no-  
uerat Metaphoris Davidem de exaltatione Dei loqua-  
tum: Sed quia rursus negari non potest, quin Deum ad  
tempus quodammodo humiliatum fuisse innuat, qui cum  
prædicat fuisse exaltatum: meritò Paulus prius illud ex  
hoc secundo colligit. Iam uero quis unquam inferior Dei  
fuit descensus, quam dum Christus seipsum exinanuit.  
Ergo si unquam se magnificè exculpit Deus, postquam uia-  
sus fuerat inglorius iacuisse: id præcipue factum est, cum  
Christus ex infima hac nostra conditione in cœlestem glo-  
riam receptus est.

En audiis Calvum exponere descensum de exinanitione filij Dei, & ascensum de glorificatione. Huc accedit quod clare ait Paulus, illam ascensionem Christi efficeret ut replete omnia.

Post bunc locum queritur, illum suum aduersarium, quisquis ille est, obijcere eis, quod Zwingiani fictitum cælum excogitauerint. Quod sane probare est facilimū. Nam illi clarissime et quidem saepissime contendunt, Christum ascendisse supra & extra omnes cælos: ergo in cælis non est, si est extra uel ultra eos: quare somniant cælum ultra cælum, ubi confitentur nullum locum esse.

Dicunt etiam eum ibi esse Physica corporaliq[ue] locatio ne, & tamen simul saepius confitentur, extra cælum nullum esse locum, quod etiam in libello confessionis unanimiter faciunt. Dicere ergo eum esse corporali locatione in loco, & nullum esse ibi locum, est sane sibimet contra dicere, & id fingere quod nihil & nusquam est.

### De ascensione Christi.

Verum age probabimus aliquot nominibus ac testimonijs scripturæ, uocem cælum & ascensionem Domini in cælos non propriè localem motum aut locum significare, sed spiritualem illam gloriam, in quam Dominus ac seruator noster Iesus, ex hac terrena conuersatione translatus est.

Primum ipsum confitentur extra & supra omnes cælos, ubi Christum collacant, non esse locum ullum. Igitur non sunt cæli locales.

Secundò cæli & tota ista macchina mundi conflagrabit

ac int co

ac interibit, ita ut nec sol iste amplius nobis luceat, sed Deus solus sit sol noster. Atqui cælum illud spirituale, in quo Deus & omnes sancti sunt, manebit perpetuò.

3. Quodlis fuit descensus Christi de cælo, talis est & ascensus. Sed descensus non fuit localis, Verum propriè est exmanitio quædā. Igitur & ascensus est propriè glorificatio quædam. Hoc ipse met Dominus confimat, dicens: Exiui à Patre & ueni in mundum: Iterum relinquo mundum, & proficiscor ad Patrem. Ascensio est hec ipsa profectione ad Patrem.

4. Ascensio in cælum est profectione ad dexteram: Sed dextera Dei non est in certo loco. Igitur ista profectione non fuit quiddam locale, sed propriè exaltatio.

5. Christus ipse se p̄fissime suum istum ascensum dicit esse profectionem ad Patrem. Atq; Pater non est in certo loco, nec est unus hic in terris & in aere, quam in cælis. Igitur ista ascensio non est localis quædam profectione.

6. Paulus dicit nostram conuersationem esse in cælis. Item Christus ait regnum cælorum intra nos esse, & nos esse conciues sanctorum & domesticos Dei. Quis autem tam stultus fuerit, ut dicat iam nunc nos esse supra & extra omnes cælos? aut etiam illam conuersationem esse intelligendam de quadam fantasie oberratione extra omnes cælos, sicut aliqui istorum sentiunt.

7. Regnum Dei non est res aliqua materialis, sed iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto. In talium bonorum ac gloriæ summum apicem, possessionemq; supremam ascendit Christus.

8. Christus inculcat sepius suis discipulis, prodeesse enim ut abeat ad Patrem, & se inde missurum spiritum suum uero uolent dicere, etiam spiritum sanctum aliquid inclusum esse certo loco, extra terram mundam? Aut quid tandem potest prodeesse nobis localis descendit seruatoris? Glorificatio autem summa prodest nobis plurimum.

9. Definit satis perspicue Paulus Philip. 2. descendit & ascensum Christi, cum alterum indicat esse exinanitem, & uicissim de ascensione inquiens: Quia propter eam Deum eum exaltauit, & donauit ei nomen supra omnne nomen. Idem abunde explicat etiam Dominus, cum ad Patrem inquit: Glorifica me ea gloria, quam habui a te ante conditum mundum. Illa igitur ipsa glorificatio est proprietate Christi ascensio, & in illud spirituale cœlum cupit ascendere, in quo fuit ante conditum mundum.

10. Ascendere in altum tonnes de Deo dicitur figurata, & gloriam quandam ac potentie, dignitatisque eius declarationem significat. Quare etiam in ascensione Christi iisdem uerbis eandem rem Spiritus sanctus significare uoluit.

11. Cum quotidie oramus, Pater noster, qui es in celis, quis sane mentis ibi celum de loco quodam ei quod remotissimo intelligit, & non potius de caelesti gloria omnipotentis Patris? Atque nec illud quidem negari potest, Christum in illo ipso celo esse, si quidem ad dexteram Patris sedet. Ergo non est in quodam locali celo, ultra nouum Mundum.

12. Istorum fundamentum de celo Christi, & quod hic apud

¶ pud nos simul esse nequeat , prorsus cōsistit in istis qua  
tuor physicorum corporum circumstantijs , nempe loco  
& situ , tempore et motu . At qui iste circumstantiae sunt  
propriè huic tantum utræ necessariæ , non etiam illi altera-  
ri , ut abundè in appendice , Demonst . 45 . exposuit . Quare  
stultè aīq; adeò impiè in regnum Dei corporales ac  
naturales istæ conditiones & cogitationes transferun-  
tur .

13. Multa absurdâ sequentur ex istorum opinione , de  
corporali cœlo & loco Christi . Includent enim & ueluti  
captiuabunt in unum locū illam glorioſissimā humanitatē  
Christi , que ex aequo regnat cum uiuente Deo , et ad dexteram  
terram eius sedet . Sequetur etiam tabernaculū Christi in  
cœlo , ubi sacerdotio suo fungitur , corporale quid esse . Se-  
quentur etiam plurimos credentes longissimè à Christo  
staturos , eōq; eius conspectu carituros , quandoquidè alij  
propiora loca tenebunt : aīq; ita illi alij maxima par-  
te felicitatis carebunt . Quid uero facient parui pueri ,  
qui proceriorum statura impedientur , ne uideant Christum . Dicunt enim etiam ibi fore tales carnes & ossa pa-  
pabilia ac uisibilia , sicut hic sunt . Quare forte ducet Zæ-  
cho arbores condescendere cogentur .

Sequentur etiam eum necessariò esse uel supra nostrum  
Zenith , uel supra antipodium , uel supra orientalium , uel  
supra occidentalium . Quare etiam alios inter orandum  
dum in suum tantum cœlum conuertuntur , longissimè ab  
eo aberraturos esse , eōq; etiam eius beneficijs caritu-  
ros .

14. Non caret etiam illa istorum opinio graui impie-  
tate, quod cum Dominus ore & digito monstrauerit Sa-  
cramentum, eoq[ue] oculos ac mentem nostram conuerii uo-  
luerit, ut ibi quereremus & manducaremus corpus ac  
sanguinem Domini, isti nos contra à sacramentis ad ocio-  
sus speculationes, & per cælum circumvolitationes ab-  
ducunt, ut ibi queramus illud corpus: sicut sèpe in suis  
sacramentoibus admonitionibus & liturgijs ad auditio-  
res pronunciatis dicunt, non esse quod cogitatione here-  
ant in proposito Sacramento, sed in istud materiale ca-  
lum, nos animo menteq[ue] scandere debere, & corpus Ch-  
risti illic querere. Deus studio sese in uerbo & Sacramen-  
tis patefecit, & ibi queri uoluit, sicut olim in arca. At  
isti contra magno studio inde mentes Christianorum aba-  
strabunt, sicut olim Babilonius Tyrannus puniebat Da-  
niellem, quod orando conuertisset oculos Hierosolyma.

15. Paulus perspicue ostendit, quomodo Christus sur-  
sum ascenderit, & quid sit Christum sursum esse, inequi-  
ens: Si surrexit cum Christo, superna querite, ubi Ch-  
ristus est ad dexteram Dei sedens. En audis ubinam sint  
illa superna, nempe ibi, ubi est duxera Patris, quæ ubiq[ue]  
est. De quo dicto mox plura.

16. Consideretur quām contradictoria & absurdas sit  
istorum cogitatio. Dicunt ideo Dominum ascendisse hu-  
manitate sua ad dexteram Patris, ut cum eo ex aequo  
regnet ac regat, cum omnia alia sum præsertim Ecclesiā  
suam: & tamen contra eum in infinitam longinquitatem  
ab Ecclesia ablegant, scilicet ut ibi in Elysij campis sibi

bis

soli ocietur ac delicietur, quasi non habeat in uicinia pro-  
plus, ubi perinde commode habitet cum Patre.

Qui i minus conuenit, quām humanitatem Christi re-  
gere mundum ac Ecclesiam, singulosq; pios, ac eorum  
omnes motus & actiones, & nihilominus interea infinita  
distantia hinc abesse. Hoc quid aliud est, quām sicut Ho-  
merus suum Iouem ad Aethyopas coniuicatum alegat.  
Quare non sine causa dicit Iesus ad suos, Ego ero uobis-  
cum usq; ad finem seculi.

17. Aduentus filij Dei saepe quidem uocatur descensio  
de cælo, & aduentus in mundum: Sicut & symbolum di-  
cit, quod propter nostram salutem descendit de cælis,  
quaे quidem uidentur sonare motum localem, cum tamē  
non fuerit ibi reuera localis motus, ut scilicet antea uer=  
bum unà cum Patre habitauerit extra & ultra omnes  
cælos, postea demum ad nos ex tam longinquo loco sit  
prospectum. Quare multò aptiori nomine uocatur appa=  
riatio aut patescens, sicut Iohannes inquit: In hoc ē Φœ=  
ντρώῳ apparuit, ut opera Diaboli destruat. Item ap=  
paruit, ut peccata nostra tollat. Item Paulus inquit, De=  
us apparuit in carne, 1. Tim. 3. Sic etiam initio 2. Tim.  
uocatur εἴς Φένειαν apparitio seruatoris nostri. Nam  
uti dixi, non aliunde per longa spacia conlecto itinere ad  
nos uenit, sed cum ubiq; esset, atq; adeo nos in eo uiue=  
remus ac moueremur, tandem nobis se se coram in carne  
humana exhibuit, ut cum coram oculis cernere ac palpa=  
re possemus.

Sic uicissim ascensionem suam Christus saepe uocat

discessum, & tamen interdum explicat per dissimilitudinem, ut cum inquit aliquoties. Non uidebitis me, quia uado ad Patrem, Et alibi inquit: Non uidebitis me, donec dicatis, Benedictus qui uenit &c.

Deniq; etiam aduentum illum ultimum sepe scriptura uocat magis propriè apparitionem, Colos. 3. Quando Christus uita nostra apparuerit, tum & nos in gloria cù eo apparetibimus. Sic 1. Ioh. 2. 2. Theß. 2. 1. Tm. 6. 2. Tim. 4. Tit. 2. Sic Mat. 24. dicitur, quod sicut fulgur subito ab oriente usq; ad occidentem apparet, sic etiam filius hominis.

Quare primus & ultimus aduentus, ac media ista ad uitio, non propriè sunt quedam migrationes à loco in locum, sicut Diij Homericis abeunt coniuicium ad Aetypus: Sed potius patefactiones aut apparitiones, & iterum transitus in illud spirituale regnum ac gloriam Patris, que hinc nostri oculis subiecta minime sint, & in qua fuit Christus ante conditum mundum.

Quare etiam nubes cum ab oculis Apostolorū oculauit, & uetiti sunt in celum intentis oculis rem imvisibilem spectare, ac querere quo peruenierit. Alioqui si Deus uoluisset credi filij sui realem penetrationem in celorum aspectabilium celorum, procul dubio iussisset eos attenere spectare, amouisset q; omne impedimentum nubis, quod possent etiam apud altos de re, suis oculis uisa, testari, quomodo Iesus materiales celos penetrasset, quandoque dem id hoc ipsum erant diuinitus uocati & ordinati, ut omnia proprijs oculis uiderent, & tanto certius testarentur.

Verium

Verum Deus perinde filium suum nube occultauit, ne quid iudicarent eorum, que reuerentur inuisibilia sunt & esse debent, sicut se olim in tot apparitionibus Israeli factus nube inuoluit, addens etiam rationem, cur id faceret.

Summa ergo stultitia est Papistarum, & etiam istorum aduersariorum, quod uolunt regnum Dei spirituale, & habuationem Christi suo cerebro complecti, & hominibus exponere, atq; ita etiam Christum extra & ultra cœlum in infinitum spaciū procul ablegare, quandoquidem scilicet ibi habet maiorem, melioremque uoluptatum copiam, quam apud nos haberet.

18. Non parua profectione consolatione nos priuat iste error, qui Dominum Iesum caput nostrum, & perpetuum gemituum nostrorum inspectorem, gubernatorem ac defensorem, adeo in infinitum procul à nobis ablegat, & insuper tantum certo loco concludit, ac uelut sequestrat.

Deus in Esaiā suam prouidentiam & præsentaneam opem declaraturus, dicit se esse Deum de propè, & non de longinquō. Item alibi affirmat, se esse nobiscum in ipsa tribulatione. Et iterum in Esaiā, se esse nobiscum in medio ignis & aquarum, & omnium periculorum.

Sic & Paulus itidem declaraturus prouidentiam Dei, affirmit eum adeo nobis propè esse, ut in eo uiuamus ac moueamur, ac uel palpare eum possumus.

At isti contrariam prouidentiam ac consolationem

capitis & regis, perpetuiq; gubernatoris, hominis Iesu, nobis proponunt, quod sit in infinitum procul à nobis, idq; in uno aliquo loco physica collocatione.

Quod si ille est iam supra nostrum zenith extra omnes caelos, quam quæso tandem procul erit ab antipodibus nostris? aut contra si supra eorum caput est, quam procul tandem erit à nobis?

Sic procul localiter ab ripere caput Ecclesiæ à membris suis, profectio fuerit uerè nos orphanos relinquere. At qui ille omnibus horis atq; adeo momentis deberet etiā secundum humanitatem miseras, gemitus ac uota nostra aspicere, eaq; ad omnipotentem Patrem in eius regnum perferre, nobis omnia impetrare, nosq; in omnibus uel etiam minimis rebus regere. Quare ista Ethnica potius quam Christiana Theologia, summa consolatione Ecclesiam Dei omnesq; pios spoliat.

19. Nec uero isti nobis tantum hominem Iesum, sed et totam diuinitatem eodem quasi in exilium ablegabunt: Solent enim urgere illud dictum Pauli: Quæ sursum sunt, ubi est Christus ad dexteram Patris, & illud SVRSVM intelligunt localiter de illo in infinitum, distante specie, extra & ultra omnes caelos. Quare dexteram Dei ibi una cum Deo ipso collocant.

Præterea cum in homine Iesu tota plenitudo diuinitatis habite corporaliter, necesse quoq; est eandem ibidem in eodem loco humanitatis Christi conclusam. Quare qui uoleat uidere Patrem, ac ab eo aliquid impetrare, eū necesse est preciire in infinitam illam distantiam, idq;

in aliquem unum locum, qui an sit supra nostrum, Antipodum, orientalium aut occidentalium hominum zenith, incertum est.

Quantiò firmor fides & uberior consolatio esset, si ipsimet dicenti crederemus, cum esse nobiscum semper, idq; ea ipsa parte sui, qua est caput nostrum & sacerdos noster, quæq; etiam nostri causa in una persona cum uerbo consistit ad dexteram uiuentis Patris, ex qua tanquam capite nostro totum corpus Ecclesiæ congruenter coagulatum tantum est, & per commissuras suas, recipiendo ut talem succum ac spiritum in omnia membra, conuenientesq; operationes, alitur ac uegetatur.

20. Summa, dico Paulum & Petrum, clarissimè exponere Ascensionem in cælum, de spirituali exaltatione, non de locali motu. Nam Paulus Eph. 1. complectitur illa omnia simul, nempe suscitationem, exaltationem seu ascensionem, & deniq; sessionem ad dexteram, quæ omnia tandem eò deducit, quod sit idem ac Christum omnia replere. Considerentur ipsa uerba Pauli, quæ adscribam.

Vt sciatis (inquit) quæ sit spes uocationis ipsius, & quæ diuitiae, glorie hereditatis illius in sanctis, & quæ super excellens magnitudo potentiae illius erga nos, qui credimus, secundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Christo, dum illum excitauit à mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum ac potestatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen, quod nominatur non solum in

seculo hoc, uerum etiam in futuro. Et omnia subiicit pe-  
dibus illius, & eum dedit caput super omnia Ecclesiae,  
qua est corpus illius & complementum eius, qui omnia  
in omnibus adimpleret.

Suscitare Christum, & collocare ad dexteram suam,  
an non etiam medium actionem seu motum, nempe ascen-  
sionem complectitur? Quomodo enim illa tam sublimis  
collocatio fieri potuit sine exaltatione. Quare & Cal-  
vinus illam medium actionem aut motum sua illa exposi-  
tione complectitur, inquiens. Dicitur ergo Deus Pater  
Christum extulisse ad dexteram suam &c.

Quomodo possibile est, ut aliquis in alto sedens, aliud  
in humili loco existentem ad dexteram suam collocet,  
sine omni exaltatione, qua est ipsissima ascensio?

Actor. 2. manifeste Petrus coniungit ascensionem  
cum sessione ad dexteram, tanquam res uicinissimas, &  
eandem uim habentes. Inquit enim : Postquam igitur  
dextera Dei exaltatus fuit, & promissionem Spiritus ac-  
cepit a Patre, effudit hoc quod nunc spectatis & auditis  
uos. Non enim David ascendit in caelos, sed dicit ipse.  
Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam.  
Vbi perspicue ita ista duo coniungit, ut uolens ostende-  
re, de solo Christo predictum esse, quod debeat sedere  
ad dexteram Patris, id inde confirmet, quia id de Da-  
uid, ea loquente, intelligi non posse, ut qui ipse non  
ascenderit in celum, ecq; non posse sedere ad dexte-  
ram Patris.

Quare illa duo Petro idem significant, aut certe uia  
emissum

emissima sunt, adeo ut in altero alterum contineatur; uel saltem alterum ex altero dependeat: Ut enim aliquis in summa gloria confideat, eaue fruatur, oportet eum eo extolli aut exaltari ad eam. Sic ascensio est acceptio illius glorie, Sessio uero est iam plena possessio eius. Ascensio indicat illam semel factam exaltationem, seu cuestione ex ignomnia ad illam gloriam. Sessio uero ad dexteram istum, perpetuum statum Christi gloriose cum Patre regnantis.

Augustinus percommode inquit de Ascensione Christi, non est curiosè scrutandum ubi sit, Sed de eo sublimiter est sentiendum: Et sedere ad dexteram, ait intelligendam esse de summa beatitudine, ubi est iustitia, pax, & gaudium.

21. In hac parte de ascensione Christi in celum, multū isti nituntur illa uisibili discessione Christi, qua Dominus in die Ascensionis sublatus est, iactantes illud esse certissimum argumentum ueritatis, ocularemq; demonstrationem, quod Christi corpus à nobis localiter discesserit in celum, & nunc ibi agat.

Respondeo. Notissimum esse apparitiones Dei ac Angelorum, & contrarias disparitiones fieri ex celo & contra in celū, nec tamen propterea significari, Deū ac Angelos tantū in isto uisibili celo habitare. Loquitur alii quoties Deus de celo ad filium dicens: Hic est filius meus dilectus. Itē, Glorificauis & glorificabo. Sic spiritus s: fīsō celo descendit uisibili specie colubae, uenti & flamarū: Sic filius Dei dicitur de celis descendisse propter nos & nostrā

nostram salutem, Ioh. 3. 13. & supernè uenisse, Ibid. 3. Sic angelus in cælum auolat, Iud. 13. Sic & schala uideatur à terra in cælum pertingere, cui Deus supernè mixus fuerit, Gene. 28. Sic Petro de cælo demitti ut imteamen, & Deus inde eum alloquitur. Deniq; tota scriptura ita Deum in cælo collocat, & inde eum facit descendere, & eo redire, ut clarè Gene. ii. dicitur Deus descendisse, ut uideret ædificium turris Babel.

Num uero ista omnia mirabilia Dei spectacula & patefactiones id omnino indubitanter significant & demonstrand, quod Deus in cælo habitet, aut etiam supra & extra omnes cælos, non uero perinde etiam hic in terris? Nequaquam: Sed suam inuisibilem & incomprehensibilem maiestatem & habitationem, sic Deus ad nostrum captum sese attemperando, nobis patefacit.

Quare etiam illa Christi uisibilis ascensio aut abitio ad Patrem, itidem talis quedam patefactio ac contestatio est ad nostrum sensum captumq; accommodata, indicansq; quod regnum eius sit cœlestis, nō terrenum, quodq; ille porrò deserta ista terrena hominum familiaritate, in summa illa spirituali q; maiestate cum eterno Patre, recipiens suam pristinam gloriam, regnabit: Et non est certum documentum, quod ultra & extra omnes cælos corpus suum transstulerit & collocauerit. Quare etiam Lucas Act. i. testatur, tantum eum sublatum esse & nubem eum ab oculis eorum abstulisse. Quo ipso spectacula nubis testificari uoluit Deus, eos nec scrutari debere, nec comprehensuros esse, incomprehensibilem habitationem

tionem glorioſi Christi, ad extērnam ēterni Patris re-  
gnantis.

Hoc idem eīam Angelorum obiurgatio uult, qui re-  
prehendunt eos, quod ſur ſum ſpectent, quaſi iuſiri, quō  
Dominus commigret: Tantum illud monentes, ſic glori-  
oſe ac uisibiliter eum in extēma die ad iudiciū reuersu-  
rum eſſe. Quod ſi uoluſiſet Deus, doceri & credi, Chri-  
ſtum reuera localiter ita ascendiffe, ut perrumperet i-  
ſtos aſhreos aſpectabilesq; cælos, & ab iſſe extra & ul-  
tra omnes cælos, non ſolum proſecto non impediuiſſet nu-  
be eorum uifum, nec eos ſpectare prohibuiſſet, ſed con-  
tra iſſo cælo, ut eſt Marci i. iuſſiſet eos ſummo studio  
intueri, quomodo per illum meatum cælos omnes pene-  
tret, quo de re oculis ſuis uifa tanto certius teſtari poſ-  
ſent. Voluit enim eos eſſe oculares ſpectatores ac teſtes  
rerum & actionum Christi, ſicut Iohannes & Petrus  
teſtantur.

Eodem facit Stephani uifio, qui dicit, ſe uidere cælos  
apertos, & Iefum ad dexteram Dei. Num putant dexte-  
ram Dei eſſe propriè certo loco in cælo? Tam eſi & il-  
lud dubium eſt, an uocet cælos illam aetheriam aut hanc  
aeream plagam, que creberrimè in ſcriptura nomine ce-  
li notatur. Illa ergo ipsa uifio Stephani indicat, non illa  
ideo ſic fieri, quia Christus cum dextera Dei ſit intra cer-  
ta loca conclusus, ſed quod talis eſt uifionum natura, ut  
tantum ex ſublimi ſiant. Quare illa uisibilis Christi  
diſceſſio nequaquā probare potest, Chriſtum extra & ul-  
tra omnes cælos à ſua Eccleſia commigraſſe, ut iſti nunc  
ſomniant.

Hactea-

Hac tamen De ope uerboq; probauimus , ascensionem  
hō esse propriè corporale ac locale quid , Sed gloriosan  
exaltationem aut trauspositionem ex hac terrena iu-  
ta, in illa in spiritualem, ineffabilemq; gloriam, Nunc ad  
eius argumentationes reuertamur.

In quarto suo argumēnto ratiocinatur , quod si cor-  
pus Christi in omnibus carnis exhiberetur , esset immen-  
sum aut infinitum. Respondeo, ut maximè istorum phy-  
sicæ regule ualcent in hoc tanto mysterio , tamen istud  
adhuc non sequeretur. Si enim totus terrarum orbis non  
est infinitus , quomodo infinitum esse potest , quod intra  
eius metas continetur , & aliqua tantum eius loca re-  
plet?

Sed probauit Demonstr. 35. Spirituale illud regnum,  
præsentim autem tautopere exaltatum hominem Iesum,  
non esse subiectum istis physicorum corporum regulis,  
de loco, situ, tempore ac motu.

In quinto argumēnto urget illa dicta : Iterum relin-  
quo mundum. Et Me non semper habebitis. De quibus  
ei saepe respondi, demonstratione 42. appendicis. Vide  
ibi. Quibus & illud accedit , quod Calumnus super po-  
sterius diuīsum scribit contra istorum sophismata. Is igi-  
tur ita inquit.

Quod se negat cum discipulis semper fore , ad GE-  
NVS præsentie referri debet , cui carnalis cultus &  
sumptuosus honor conueniat. Nam quod spiritus sui gra-  
tia et uirtute nobis adest, quod habitat in nobis, quod nos  
etiam carne sua & sanguine pascit , nihil hoc ad corpora  
reos

reos cultus. En audis illud dictum tantum ad genus praesentie terrene pertinere, ut scilicet ei bene fieri possit.

Quod attinet ad prius dictum, si totus ille locus excludatur, facile uerus eius sensus animaduertitur. Inquit enim illi Dominus, Exiui a Patre & ueni in mundum, iterum relinquo mundum & proficiscor ad Patrem. Vbi antithesis clare ostendit, quod talis sit abitio in genere, qualis aduentus, nempe sicut aduentus sicut exinanatio, ita uicissim redditus ad Patrem, sit glorificatio.

An uero iste hoc aperte audebit dicere, quod Christus profectione ad Patrem sit discessio extra totum Mundum, quasi in quasdam Insulas fortunatas, aut quod Christus inde ad nos uenerit? Num igitur Deus tantum extra omnes celos habitat? Ista uero sententia non solum falsa, sed etiam extreme blasphemica est.

In sexto argumento urget dictum, Sic ueniet, sicut eum uidistis abeuntem. Respondeo, Loquuntur Angeli de aduentu Christi in extremo iudicio. Non autem negant, quod nunquam aliter sit suo corpore apud nos futurus. Apparet Iesus Saulo in via ad Damascum, ac cum colloquitur. Act. 9. Et item in templo Hierosolymitano, Act. 22. Nec tamen sic aduenit plane externa, uisibilis specie, sicut abierat, nec per illud angelorum dictum negatus fuit talis aduentus ad Paulum.

Sic etiam 1. Cor. 15. clare testatur, Iesum sibi uisum, & quidem intelligit de ipso eius corpore, quia inde probat eius resurrectionem: num id negauerant, fore illi Angeli, aut plane eadem forma ad Paulum uenit? Promde  
solido

Solidi ac firma responsio est : Cum angeli affirmant sic Christum in extremo iudicio uenturum, non negant eum unquam prius aut aliter ad nos uenturum esse. Planè tamen agitur nihil inde consequitur. Argumentatio enim est à particulari ad uniuersale, ac si diceres : Veniet aut uenit aliquando Verbum in Carne ad homines. Ergo semper sic ueuiet aut uenit, & nunquam aliter.

Dicit nos confundere Ascensionem cum Sessione ad dexteram. De qua criminazione satis eis responsum est Demonstr: 39. & etiam superius, quod uidelicet Ascensio sit subiecti in summam illam gloriam, sedere autem, sit eam tenere ac possidere.

In Septimo repetit dictum Pauli. Que sursum sunt, querute, ubi Christus est ad dexteram Dei. Quod dictum manifestè pugnat cum ipso. Primum, quia Paulus clarè dicit, illud SVRSVM Christi ibi esse, ubi dextera Dei est, que certè non est tantum certo loco cœli aetheri aut aerei, sed est summa potentia & gloria Christi, ut & illud sursum esse non locum, sed gloriam significet.

Præterea etiam magis ibi Paulus declarat, quid cœlestia & porrò terrena uocet, nempe regenerationem ac ueterem Adamum seu ultia, quod & iste clarè fatur, quarum utraq; perinde hinc in terris sunt, quare sursum & cœlestia, ac uicissim terrena non à loco, sed à qualitate dicuntur. Pugnat ergo id dictum manifestè contra errorem Sacramentariorum, de locali infinitaq; distan-  
tia corporis Christi à nobis.

In octavo arguimento abutitur dictio Iohann. 6. contra

nos, quæ loca cum sèpius abundè exposuerim, præsertim  
in meis demonstrationibus, & contra eum, qui mihi re-  
sponderat, in mea Apologia obtinuerim, nolo hic copiosi-  
us tractare: tantum quædam ipsius crassa figura tanta bre-  
uiissimè redarguam.

Primum ita sophisticatur, Quia idem sit scopus Job. 6.  
qui in sacra Cœna, nèpe spiritualis fruitor corporis Chri-  
sti: Igitur oportere uerba eodem tropo accipi. Respon-  
deo, bellum Sophisma, sed fronte caret, tota enim scriptu-  
ra habet eundem finem, nempe Christum. Num igitur  
omnia dicta eodem tropo ac uerborum significatione ac-  
cipienda erunt?

Secundò illud longè absurdissimum & contra omnem  
Grammaticam aut rationem loquendi omnium lingua-  
rum est, quod cadem illa duo sacra Cœna uerba ac man-  
data, Accipite & Comedite, modò propriè uult accipi,  
cum ad panem referuntur, modò figuratè cum ad corpus  
Domini. Quis enim eum unquam docuit, sic unam ean-  
demq; uocem ac mandatum in eodem loco, modò pro-  
priè modò impropriè accipere, diuersaq; significationes  
ei tribuere? Aristoteles dicit, unam uocem, unam rem si-  
gnificare. Et sane, si diuersum fiat, erit Babylonica quo-  
dam confusio, omnisq; certitudo sermonis tolletur.

Tertio, primum contendit in dicto, Caro non prodest  
quicquam, agi de carne Christi: Hæc enim sunt eius uerba.  
Postulat aduersarius, ut demonstremus in his uerbis, Ca-  
ro non prodest quicquam, agi de carne Christi: Verum  
id & res ipsa loquitur, & tota orationis series euincit.

F Christus

Christus enim autem Carnem suam dari mundo ad manducandum, &c.

Mox contrarium affirmat, Christum loqui de quacunque carne à Spiritu iuuificatione separata. Hec enim sunt eius uerba: Nec enim simpliciter de sua carne loquitur Christus: Sed de quacunque demum, que à iuuificatione Spiritus separetur. At contra tum in præcedenti suo dicto, tum in proxima conuentu istorum confessione, tum in omnibus alijs scriptis uehementissime hactenus contrarium contulerunt, uidelicet illud propriè de corpore Christi pronunciarū.

Quarto dicit nullā mandationē Christi esse utilem, nisi quæ fide fiat. Vnde aut id probabit? Si enim panis manducatio externa in Sacramento utilis est, cur non multo magis corporis Domini: Sed tamē uerum est, quod etiā fidem adesse debeat, sine qua omnia sunt peccatum. Vanissimum ergo commentum est, nullam mandationem esse utilem, nisi quæ fide fiat.

Videmus igitur istum & falsa proponere, & secum pugnare: Verum de eo loco remitto lectorē ad alia mea scripta, ubi copiosius de eo egī.

Scribit inter alia etiam hæc de suo aduersario: Ponit (inquit) fundamen[t]um, & tanquam ex oraculo pronuntiat. Quotiescumq[ue] in scripturis caro opponitur spiritui, id non posse intelligi de carne aut corpore Christi, sed semper de veteri Adamo. Hic arrigat aures pius lector, & tam solidum fundamen[t]um, non modo primo capite, sed primo penè uersiculo epistolarum Paulinarum, funditus

Vitus distractus animaduertat. Paulus enim ait, Euangelium suum esse de filio Dei, factio ex semine Davidis secundum carnem, definito autem filio Dei secundum spiritum sanctificationis, &c. Videlicet hic carnem spiritu pertinuisse in oppositam, non tamen intelligi de uelere Adam aut peccati corruptione, sed de ipsissimo Christi corpore. Hactenus iste.

Respondeo ex dicuntur propriè opponi, in quibus a-  
liqua contrarietas ostenditur: id autem in ista regula sit,  
cum caro reprehenditur, & spiritus laudatur. Hoc omni-  
no indicat ista regula ut in Ioh. 6. sit: Quare illa ab aliqui  
bus proponitur plenius hoc modo: Quoties in scripturis  
caro ita opponitur spiritui, ut ea quidem uiruperetur,  
hic uero laudetur, tu non posse id intelligi de carne Christi,  
sed de nostro ueteri Adamo. Initio respondeo: non est  
oppositio, sed tantum collatio carnis & spiritus Christi.  
Verum isti forte plenius respondebit is, cuius scriptum  
refutat, quicunq; deum is est.

In nono argumento tuctur suam regulā, quam ipse ita  
adscribit: Ita sane quia omnibus omnino Sacramētis cōmu-  
ne est, ut quoties ad exprimendam significatiōnis empha-  
sin, quod est rei significate propriū, id symbolo per uerbū  
(Est) attribuitur: Id nō realiter, sed pro Sacramēti natu-  
ra, id est, significatiōne atq; symbolice accipi debeat, sine  
ulla uel trāsubstantiatione, uel cōsubstantiatione, uel de-  
nq; signorū cum rebus consuſtāce permixtione. Ideco di-  
cimus in hac Cœnæ institutione idem debere intelligi.

*Aly hanc regulam aliter cedunt, ut pote in re in-*

certa ac noua. Sanè hæc regula parum cum eius interpretatione, aut potius peruerfione uerborum Cœnæ Domini, conuenit: nam regula habet quod propriæ rei signatæ signo tribuantur in Sacramentis. At iste cum suis sodalibus ita uerba Domini torquet, quod signatum ipsum, non eius propria signo tribuantur, nempe corpus non corporis propria. Quare fingunt illi sanè sibi suas istas & alias plurimas leges, aut regulas, & hypotheses ac fundamenta, pro arbitrio, quæ tamen plærunt; tandem alijs errorum somnijs manifestè repugnant.

Tuetur autem eam regulam propositis tantum duobus individuis, ijsq; insuper falsis: nempe quorum primum est. Agnus est Pascha, quod tamen dictum nusquam in scriptura reperiatur, ut alibi ostendi, secundum est Baptismus est regeneratio, quod: tidem nusquam in scriptura legitur, sed tantum ab isto configitur. Vult ergo probare regulam uniuersalem paucis & quidem commentitijs individuis.

Regulam quoq; sui aduersarij citat, quam frustra resuare contatur. Ea autem est De Sacramentis est iudicandum ex propria cuiusq; institutione: Quam iste conatur restringere tantum ad specialia singulorum. Cum uero etiam in ipso genere non prorsus conueniant Sacramenta, ut necesse sit, ibi quoq; de eis ex sua sede aut institutione iudicare. Nam cum isti uelint genus Sacramenti esse signum uisibile, certè id Sabbato non conuenit, quod esse Sacramentum testatur Moses, Ezechiel & etiam istorum præceptor Calumnus. Volunt isti etiam ad genus

Sacramentorum pertinere, ut signum ex res signata sint analogia. Sed Calvinus negat esse aliquam similitudinem analogiam inter Iridem & serenitatem.

Profert iste exemplum de natura generis ac specierum animalium: Quasi eadem ratio sit generum ac specierum in Sacramentis. Verum longe alia est ratio actionum & operum Dei generalium ac ordinatorum, qualia sunt in creatione, quam specialium & inordinatorum, qualia sunt miracula ac Sacra menta, que planè sunt arbitraria, & plurimum à se inuicem uariant.

Proinde clara reuelatio ac uox Dei, praesertim in institutione ipsa posita, audienda est, si ueritatem audire & agnoscere uolumus, non ex mala dissimilium collatione perperam diuinandum.

Dico autem ex ipsa institutione, quia alia loca sèpè aliud agendo tantum quoquo modo alludunt ad Sacramentum, non propriè ipsorum naturam describunt: ut cum Schwenckfeldiani ex dicto, Baptizabit Spiritu & igne, uolunt probare, Baptismum aquæ negligendum esse, sicut ibi Baptismus Spiritus laudetur, & Christo tanquam proprius laudetur, illæq; sit cum primis salutaris aqua uero sit tantum quidam terrenum.

Detestanda ergo est istorum peruersitas, quod textū proprium institutionis huic Sacramenti nobis per tropum inuertunt, nosq; aliunde ueram sententiam Donum de corpore ipsius querere ac diuinare iubent. Eadem oportet quissimam mihi inuertat uerba Chirographi aut Testamenti, et iubeat probare aliunde debitum aut hereditatem.

Reiecta ergo istorum Metonymica regula illam ponit  
tus de unione Calumi & Beze amplectantur, quam mul-  
tis eorum dictis in appendicis demonstratione 46. pro-  
bauimus. Verum adscribam eam proprijs uerbis Caluni.

Cur ergo (inquit) appellatio corporis pani tribuitur? Omnes puio conedent, Eadem ratione, qua Spiritum sanctum Iohannes cap. primum columbam uocat. (Hactenus conuenit) Porro in Spiritu illa fuit ratio, quod sub columba specie apparuerat. Transfertur ergo spiritus nomen ad signum uisibile. Cur hic negamus similem esse locutionem, nomenq; corporis pani tribui? Item. Non minus pie quam aptè interpretatur, nomen rei transferri ad symbolum, quia individua huius sit cum ueritate & RE conexio. Imò generalē hanc tenere regulam in omnibus sacramentis non humana tantum ratio cogit, sed pietatis sensus & perpetuus usus scriptura ita dictat. Plura et iuculenta eorum testimonia de predicatione unionis, illa de ubi modò indicaui.

In decimo argumento tuctur illam tetram peruersiōnem textus Paulini 1. Cor. 10. quod Israelite idem manna comederunt, & eundem potum biberunt. Id dictum isti ita citant, ac si esset scriptum, eundem NOBISCUM potum, cum sit primum manifesta collatio inter se, non nobiscum.

Expendantur ipsa uerba Pauli: Nolim autem (inquit) uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per mare transferunt, & omnes in Moise baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam

escam spiritualem comedenterunt, & omnes eundem pos-  
tum spiritualem biberunt. Bibebant enim de spirituali,  
que illos sequebatur, petra: Petra uero fuit Christus. Sed  
plures illorum grati non fuerunt Deo. Prostrati enim fue-  
runt in deserto. Hæc autem figuræ nobis fuerunt, ne nos  
simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illæ  
concupuerunt.

Enclarè audis primum (ut fieri solet) tantum typum  
tractari, & solos Israëlitas inter se se conferri, postea de  
mum de nobis agi, seu ad nos applicari: Summa autem ac  
sensus loci hic uerissimè est, quod Israëlitæ licet omnes ex  
equo de eisdē miraculosis Dei beneficijs participauerint,  
non tamen sunt seruati. Quare cum illi typus noster fue-  
rint, nos quoq; licet omnes de eisdem Sacramentis inter  
nos participemus, non tamen omnes saluos fore.

Proinde manifesta violentia & plane intolerabili au-  
dacia scripturam ad stabilendos suos errores deprauat-

Nolo eius aduersarii in alijs minutioribus reprehen-  
sionibus hic excusare, cum eius librū nec habeam, nec no-  
men norim, ut scire nequeam, quam uerè aut falso eius di-  
ctā citet. An manna fuerit Sacramentum, satis dixi de-  
monstratōne 21. & in eius defensione contra B.

In undecimo argumen:o à similitudine Baptismi cum  
Cœna, breuiissimè aduersarij dicta stringit, ut ei respon-  
dere nequeam: Illud uero argumentum Lutheri in hac  
materia ualde obseruatū dignum est, qui dicit, quod qua-  
doquidem Baptismus claris ac proprijs uerbis institutus  
sit, necnulla sit ibi posita Sacramentalis Metonymia,

quam isti in omnibus sacramentis fingunt: Igitur nec in sacra Cœna istorum tropos necessario admittendos esse, quia maxime æquum sit noui Testamenti, Sacraenta inter se se conferri.

In defensione sui duodecimi argumenti sanè quam maliciosum artificium prodit: negat suos ex singularibus regulam statuere, cum ita ratiocinantur: In circumsione describenda Gen. 17. ponitur Est pro significat. Item in sacra Cœna veteri, cum dicitur, Agnus est paschæ: Similiter cum Baptismus dicitur regeneratio, &c. Igitur ubiq; in Sacramentorum descriptione EST ualeat significat, eoq; etiam in uerbis Cœnae, Hoc est corpus meum.

Atqui hic est manifestissima ratiocinatio à singularibus, idq; per paucis, atq; adeò falsis, ad uniuersalem regulam.

Contrà, eadem Sophistica nobis tribuit ratiocinatio nem ex singularibus, quod tamen non probat, cum sciat ne minem hæc nobis hæc tenus obiecisse. Etenim ipsi (inquit) sic ratiocinatur: In uerbis Cœnae dicitur panis esse Christi corpus. Ergo realiter id accipi debet ex non tropicè. Quod sane complexio nullum pondus habet, nisi primum generali axiomate constituto. Quod ubi cunq; per uerbum (EST) alterum alteri tribuitur, etiamsi sint disparata, semper sit intelligendum realiter non tropicè illud accipi. Hæc tenus ille.

Atqui hoc non est ex singularibus ratiocinari, sed ex generali axiomate, ut tu ipse id uocas, siue id generale  
axioma

xioma sit uerum , sive falsum. Nos uero istud axio-  
ma non ponimus , sed dicimus, quod uerba in sacris li-  
teris sint propriè accipienda, nisi potenter contrarium  
euncat uel ille ipse textus, uel aliquis aliis multò illustri-  
or. Hoc axioma est uerissimum, nec ab ipsis negari potest.  
Quod quidem nisi ualeat , tota scriptura erit incertissi-  
ma.

Scribit inter alia etiam hæc uerba: Illud uero, quod ne-  
gat in scriptura hæc uerba reperiri, Circumcisio est fæ-  
dus, non potest nisi cauillandi studio tribui. Omnino en-  
nim quemadmodum in Cœna Christus iubet accipi: ac  
manducari panem, & subiicit, Hoc est corpus meum : Ita  
in Circumcisione Dominus ait, Hoc est fædus meum, cir-  
cumcidite omnem masculum. Quis autem non uidet,  
hæc esse utrobiq; paria? Tamen quia sentit hoc effugio se  
non iuuari, aliò recurrit, &c.

Respondeo primum denuò falso citas textum. Nam in  
eo loco non ita simpliciter legitur, ut tu citas, Hoc est fæ-  
dus meum, circumcidite omnem masculum : Sed hoc mo-  
do. Istud est fædus meum, quod obseruabitis inter me &  
inter uos, atq; inter semen tuum post te. Circumcidetur  
in uobis omnis masculus. Vide quot uerba hic iste è me-  
dio textus exclusit. Secundò dico non esse paria , quia in  
sacra cœna una quædam certa res, nempe cibis iam dan-  
tus, monstratur. At in Genesi nihil dum erat propositum,  
quod digito monstraretur. Sed sequitur descriptio totius  
Sacramento circumcisionis , perinde ut si Christus Apo-  
stolis dixisset : Istud fædus facietis inter patrem & crea-  
entes,

entes, Baptizabuntur aqua omnes conuersi, in nomine patris & filij, & Spiritus sancti.

In tali igitur locutione non unum quid separatum monstratur, sicut in sacra Cœna, sed tota illa actio Sacramenti eius describitur. Quare non est uerum eam locutionem usquam in scriptura haberi, Circumcisio est sedes.

Ibidem porro hæc scribit: uox inquit: (loquitur de suo aduersario) circumcisionis aliás latius pro tota circumcisionis actione sumitur, & tum est ipsissimum sedes: Aliás angustius pro sola præputij abscissione: tum autem est signum sedes. Idemq[ue] de Baptismo dici posse tradit. Sed quis ei dabit actionem circumcisionis esse sedes, nisi simul hac uoce actionis comprehendat rem significatam, nimirum promissionem Dei fide acceptam ab eo, qui patitur se circumcidere? Quid si ita est, quid obstat quò minus idem de panis sacramentalis manducatione statuendum sentiat.

Hic iste bis crassè errat: Primum, quod uult rem significatam Sacramenti esse ipsam promissionem, cum res significata sit ipsares promissæ & non promissio. Dicitur enim circumcisione signum iusticie, & Christus inquit: Hoc in memoriā mei facietis: Se indicans suamq[ue] passionem per illam externam manducationem corporis significari, non promissionem de se.

Deinde errat turpiter, quod tunc demum uult esse sedes, cum promissio fide accipitur. Nam circumcisione & Baptismus ac Cœna sacra sunt sedes, etiamsi hypocritæ plamim corde ridentes ea suscipiant. Ideo toties Deus

Israelitis

Ifaclitis obicit, quod negligant, uolent, aut prophanan  
sædus secum initum. Iste error eò nimirum tandem redi-  
bit, ut Sacra menta non sint Sacra menta, nisi dignis con-  
tingant. Sic oportet unum errorem multis alijs stabili-  
re & cumulari.

In decimotertio arguento iidem astutè nouam elu-  
sionem ueritatis excogitauit. Dicit enim suos tantum  
phrasin solitos conferre, non res ipsas, cum protulerunt  
illa dicta, Columba est Spiritus, Arca est Deus. Atque  
Caluinus sepiissime dicit, non tantum locutionis, sed &  
sensus ac rerum eandem esse rationem, quod uidelicet si-  
cuit ideo nomen Spiritus columbe tribuitur, quia ibi uere-  
simil Spiritus sanctus sub illa specie fuit: Ita eademque  
ratione corpus pani tribuitur, ob unionem aut præsen-  
tem exhibitionem. Dicta Caluini & Bezae eius generis  
complura reperies in demonstratione 4.6. Appendixis.  
Suprà etiam unum adscripti.

Est igitur evidentissimum signum pessime cause, &  
animi parum candidè ueritatem querentis, quod contra  
sententiam suorum primiorum magistrorum, & mani-  
festam ueritatem, nouas elusiones artificiose comminiscit  
ur, sicut & superius aliquoties deprehensus est fecisse.

In 14. Arguento quia ignoro, quid propriè eius ad-  
uersarius scripsit, non satis possum animaduertere, quā  
aptè ei hic respondeat.

Quod attinet ad illa uerba, Quod prouobis traditur,  
illa sane clare istorum tropum expulerunt ex uo-  
ce corporis, ubi multi istorum uoluerunt figuratum

aut typicum, uel etiam mysticum corpus collocare. Dicit  
vero mox eorum sententiam illis uerbis comprobari, nam  
aut omnes sua carnali sapientia animaduertere posse.

Vox etiam Testamenti in eo recte proprietatem ser-  
monis testari dicetur, si de illa potionc, quae per calicem  
exhibitetur, prædicetur. Nam illa potio cum adiuncto uer-  
bo est uerè sædus, sicut Baptismum nominantes totam illa-  
lam actionem unde cum adiuncto uerbo complectimur,  
qua est uerè sædus cum Deo, non tantum symbolice &  
metonymicè seu per imaginationem, sicut istorum ortho-  
doxa confessio habet.

Studio suorum troporum non ueretur etiam ex illis  
Domini uerbis, Ecce filius tuus, Ecce mater tua, tropum  
fabricare, cum illud propriissime Dominus dicat de ado-  
ptiuia matre & filio. Quid enim meptius fuisset, quam si  
dixisset Iohanni, Hec sit tibi symbolum, signum, typus  
aut figura tuæ matris mortuæ aut uiua: adoptando igitur  
Iohannem Mariæ in filium, commendat eam illi, ut post  
hac suo loco eam filij officijs ac beneficijs subleuet.

In 15. argumento dicit suum aduersarium nescire quid  
sit tropus: si ipse scit tam bene, quid sit tropus, cur in to-  
to hoc scripto nō est ausus indicare, neq; in qua uoce uer-  
borum Cœnæ Domini sit tropus, neq; etiam quis sit ille  
tropus, nedum ut id solide confirmauerit, cum alioqui in  
inibus lineis meros tropos crepitet? Hoc né est docere,  
certere uerborum proprietatem, & uociferari esse tro-  
pus, esse tropum: Si querimus ubi tandem est tropus?  
Quis tropus est? Quomodo probas? Quomodo ad uerum  
sensum

sensum tropum tuum attemperas? Non est domi, nihil respondet, dormit rabbi noscitur.

Hic quoq; uehementer exagitat aduersarium, qui negat pronomine Hoc, monstrari panem, Si me putat, iniuriam mihi facit. Clarè enim scripsi, quod nō propriissimè solum panem monstraret, quare ostendi etiam panem mīdi care. Quod tum in mea fideli admonitione est, tum in Apologia. Sin alium putat, cur non eum nominat, ut ei com mode responderi possit, collato utroq; aduersario scripto: quod ad examinationem ueritatis planè est necessarium.

Quod autem Christus non solum panē sed etiam suum datum corpus monstrauerit, confitetur Beza ipse his uerbis, quæ etiam in mea ante sesquiannum edita Apologia fideliter adscripsi, quæ etiam una cum mea responsione tunc opposita hic statim adjiciam, ut uideat candidi: lector, quam sincerè iste disputet, qui dicit, me negare panem monstrari pronomine Hoc. Ita igitur ibi habetur.

Beza etiam hæc scribit: Dic quæso quam rem uocauit Christus corpus suum & sanguinem suum? An non eam ipsam, quam accepit, fregit, dedit discipulis suis? Quid autem iubet eos accipere, comedere, bibere? An nō quod acceptum & fractum eis in manus porrigebat? Quod si excipias, cum non dedisse solum panem nec solum uinum, concedimus & nos: dabat enim Sacramentum, cui erat Sacramentum alter coniuncta ueritas. Sed si duo dedit Sacramentum uidelicet & rem Sacramenti (Rem Sacra-

mentū

menti ille uocat corpus & sanguinem Christi) quod negat  
se non ausis, cur illud quod in sensu externo incurrebat,  
& de quo praecepit admonitos discipulos oportuit, ut Sacra  
clementia a rebus communibus distinguenter, prorsus in  
demonstratione pretermitteret? Respondeo. Absit a  
me, ut dicam Dominum in demonstrando eo, quod dedit  
in sacra cena, ipsa clementia panis ac uini pretermissee.  
Per placet uero quod dicas, Dominum pronomine Hoc  
monstrasse id, quod dedit comedendum ac bibendum: de-  
cissem uero non solum panem & uinum, sed etiam corpus  
& sanguinem. Quare non esse sentiendum, quod tantum  
corpus ac sanguinem, sed etiam ipsa clementia demonstra-  
tio pronomine demonstrauerit, hactenus ex prioribus  
scriptis Bezae ac meis.

Hinc manifestè liquet istum studio contra ueritatem  
Iouki, si me eo nomine accusat, quod negem prorsus pro  
nomine Hoc panem monstrari.

Mox dicit suum aduersarii, quicunque ille demum est,  
corrumpere textum Euangelistarum: neque tamen id sa-  
xis explicat, multò minus probat.

Corrumperit uero ipse, dum dicit, Marcum & Matthe-  
ium habere. Hoc est sanguis meus, cum omnes preter unum  
Bezae uerterint, Hic est sanguis, inter quos etiam  
Calvinus & Tigurini ipsi in sua uersione, ubi istius li-  
ber impressus est, & ille forte uitam agit. Et sane sic uer-  
endum esse, abunde ostendi in meis prioribus demonstra-  
tionibus, carumque Apologia Num. 29.

Hic tribuit suo aduersario quod quatuor tropos pro  
una

uno admittat: Si candide disputare uoluisset, non inuaseret  
eum, et porro uerba eius adscripsisset, et postea demun-  
tot illos tropos monstrasset.

Dicit si monstretur corpus, sequutur ut corpus  
sit corpori unitum. Respondeo. Vno non a nobis solum,  
sed etiam a Caluino et Beza statuitur, ut in 46. de  
monstratione ostendi eorum proprijs dictis: Id au-  
tem fit, quatenus pronomine Hoc, etiam panis indi-  
catur.

Consequenter et hec scribit: Eodem plane modo non  
potes de pane dicere: Hoc est corpus Christi, nisi pri-  
mum statuas, iam esse antea realiter unitum cum corpo-  
re aliqui enim (Hoc) nihil aliud significaret quam nu-  
dum panem. Quod si ita est: necesse est, ut intelligas Chri-  
stum accepisse panem iam unitum suo corpori, eumque  
fractum dedit discipulis, et tum demum uerè dixisse,  
Hoc est corpus meum. Atque ita intelligitur panis ille cum  
Christi corpore coniunctus fuisse, non quidem in Sacra-  
menti institutione, sed quo primum momento caput esse  
panis. Respondeo, nihil tale sequitur, neque tu sequi pro-  
bas aut probabis unquam.

Querit porro, unde sit ibi corpus. Respondeat ei  
Beza, qui dicit mutationem, que ibi fiat, non ex ui-  
uerborum, sed ex uoluntate et institutione Christi  
fieri.

Si usquam alibi, hic profecto cernere est, quanta  
sit petulantia humanae audacie in exagitationis, et ad  
sui cerebri modulum reformatio diuinis mysterijs  
querit

querit unde & quomodo ibi sit corpus? Respondeo, De  
uerbum non debes tam parvifacere ut hominum, qui fru-  
stra pronuntiant aliquid, nisi rei ueritas iam antea adfuit.  
At Deus uocat que non sunt, ut simul adfint ipsius duc-  
re est facere.

Eodem prorsus modo potest exagitari etiam ipsorum  
interpretatio ac dici: Si Christus uoluit uere pronuncia-  
re panem esse symbolum corporis sui, tum oportet iam  
antea factum suisse symbolum eius, nempe quamprimum  
factus est panis, &c. alioqui falso pronunciauit esse sym-  
bolum.

Sed age retorqueamus eius propria uerba in ipsum, ut  
humana audacia & petulantia in suis astutis inuentis So-  
phismatibus capiatur. Ea haec sunt. Eodem plane modo  
non potes de pane dicere, Hoc est symbolum corporis  
Christi, nisi primum statuas iam esse ante a uerè factum  
symbolum corporis eius. Alioquin enim (Hoc) nihil aliud  
significaret, quam merum profanumq; panem. Quod si  
ita est, necesse est ut intelligas Christum accepisse panem  
iam factum symbolum corporis sui, cumq; fructum dedi-  
sc discipulis, & tum deum uerè dixisse, Hoc est corpus  
meum aut symbolum corporis mei. A q; ita intelligitur  
panis ille corpus Christi aut symbolum eius factus suisse,  
non quidem in Sacramenti institutione, sed quo primum  
momento cœpit esse panis. Vides te tuo proprio sophis-  
mate intricationem teneri?

Quid als bone uir, an non captus es in astutijs tuis? Si  
sic sophisticari libebit in rebus mysterijsq; deumis, contra  
express-

expressum uerbum Dei, quid tandem integrum manebit  
in mysterijs Dei? Talibus telis aranearum & nebulis au-  
dient isti contra expressissima uerba Testamenti filij Dei  
pugnare.

Mibi igitur & omnibus pijs præstiterie, omib[us] an:=  
thematizatisq[ue]istorum præstigijs & imposturis, crede= =  
re cum diuo Irenæo totaq[ue] ueteri Ecclesia, illum datum  
& corpore percipiendum cibum, aut Eucharistiam non  
tantum terreno elemento, sed etiam re cælesti, nempe  
corpore Domini ex eius institutione, uerbo ac uoluntate  
constare. Atq[ue] in hac re nitimur uerbo uiuentis Dei,  
quod illum ipsum datum cibum dicit & panem esse, &  
corpus Christi.

Si uero me impedit, cur non refutat meas probatio-  
nes 29. demonstratione & in eius Apologia proposi-  
tas.

Hic denud interscrit suam cramben de ubiquitate,  
quam suo more exagitat. Quod argumentum aliorum  
est, & meo instituto non necessarium.

Hoc loco etiam argutatur, quod si in uerbis Lucæ, Hoc  
poculum est nouum Testamentum in meo sanguine, pro-  
uobis effusum, necesse sit tropum admittere, tamen sim-  
pliciter uerba Cœne sint per tropum exponenda, nem-  
pe illa hoc est corpus meum: Sed nec sequitur id, nec ipse  
probat consequentiam.

Ibidem nugatur, neq[ue] unum esse pro nobis fusum, ne-  
que sanguinem uno permixtum, &c. Reprimat Deus i-  
stam petulantem Sophisticen, que omnia ad carnales co-

G gitatio

cogitationes traducit, ut ridenda profanis hominibus prō-  
pinet, quasi sit Deo impossibile illa sacramentaliter uni-  
re, citra istam crassam confusionem, sicut si unum aqua  
temperes: ita ut nihilominus sit uerus ac pro nobis fuis  
sanguis, ut Christus clarissime loquitur.

Affirmat pronomine, Hoc, aliud monstrari non posse,  
quam quod oculis cerni queat. Verū suam istam affirma-  
tionem nulla omnino probatione confirmat. Quare long-  
è uerior est Buceri sententia, interdum aliud monstrari  
oculis, aliud intellectui: quod etiam quotidiana experien-  
tia liquido euincit, ut si dico, hoc unum, ceruisia aut fru-  
mentum est uenale, uideor quidem oculis monstrare ipsa  
uasa aut facos, nec enim illi aliud uident: At ratione ac  
intellectui reuera id monstruo, quod tunc oculis quidem  
monstrari non potest, intellectui autem optime potest,  
nempe quod datus continetur. Quin etiam sententie ali-  
que, cum sint prorsus incorporeæ, pronomine Hoc mon-  
strari possunt, ut cū Christus dicit, Hec est uita æterna,  
ut te agnoscant. Quare oraculum ex istius tripode pro-  
latum, quod ea tantum pronomine Hoc monstratur, que  
sub sensuum iudicium cadunt, merum ac palpabile fig-  
mentum est.

Gloriatur hoc loco, se uelle à confessione aduersari  
suam sententiam obtinere, cumq; uelle in lucem protra-  
here, quia etiam ipse cogatur confiteri, dictum, Hoc est  
corpus meum, esse Sacramentalem prædicationem. Di-  
cit porro Sacramentalem prædicationem non esse aliam,  
quam cum signatum signo tribuitur, sed non probat. At  
ego,

ego potius assentior Calvino & Beze, qui interdum recte dicunt, eam esse sacramentalem prædicationem cum unio sacramentalis duarum diuersarum rerum ut columba & Spiritus sancti significatur, quorum multa & illustria dicta demonstratione 46. recitauit.

Exagitat etiam illas ueterum periphrases, IN, CVM & SVB, quia si ea esset sacramentalium locutionum uis, tum oporteret dici, agnum esse in, cum, aut sub transitu. Baptismum esse in, cum, aut sub regeneratione, &c. Vbi bonus Sophista præ studio cauillandi non obseruat quid dicat. Non enim subiectum dicimus esse in, cum aut sub prædicato, ut ista istius exempla habent, sed contra: Non panem esse in, cum, aut sub corpore, sed contra corpus.

Verum illud deberet iste tam ingeniosus disputator prius probasse, quod usquam in scriptura legatur, Agnus est Pascha, & Baptismus est regeneratio, quod nunquam probabit, cum tamen hanc phrasin subinde inculcat, tanquam usitatissimam in scriptura: Sed ut maximè reperiatur posterior, recte fani diceretur regeneratio esse in N, CVM aut SVB Baptismo.

Quod de Calice & testamento dicit, recte potest exponi, quod in, cum, aut sub ea pottione uel co[m]estione sit nouum fædus, quia ea ipsa potionē & uerbis fædus inter Deum & homines uilitur ac pergitur.

Affert etiam sua commentitia exempla, quod insigne alere uelleris dicitur ille ordo equestris, quod annulus

dicatur coniugium, quo modo nemo preter ipsam loquiatur, ut hic tantus Rabbi serè etiam pueris cachinnios moueat, quod ille nobis suauiter ridendo obiicit. Sed mouet prosector ille (quod deterius est) etiam Dco stomachum, dum in tantis Dei mysterijs, sive eius uerbo, mera audacia et petulantia humanae dicacitatis et Sophistices grascatur.

Hortatur nos, ut uerba Christi pro natura Sacramenti, symboli ac signi exponamus. Respondeo id sancte nos sedulo facimus, sed Christum non humana somnia sequendo. Dicit autem ac docet Christus perspicue symbolum esse ipsam mandationem panis ac corporis sui inquit: Accipite, Comedite, Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, Hoc facite in memoriam, &c. Ecce audis hoc totum esse symbolum aut signum memoriale: cuius autem rei est symbolum? nempe spiritualis fruitionis Christi, eiusque passionis ac beneficiorum, quod hisce uerbis declarat, Hoc facite in memoriam MEI, & mortem meam annunciate, quod idem est ac si dixisset: Hanc externam Sacramentali quam mandationem in eum finem facile, ut fide manducetis aut percipiatis me, meamque mortem, & omnia mea beneficia.

Ecce igitur clare monstrantem Christum sequendo consuetu[m]r, externam mandationem panis ac corporis Domini esse symbolum interne, qua per fidem Christo eiusque passione ac beneficijs fruimur.

Sed illi malunt suum cerebrum sequi, contra Christi uerbum ac distinctionem, ac ex parte facere symbolum,

¶

¶ ex corpore facere rem signatam, quod et cum uerbo Christi et cum natura Sacramentorum pugnat: non enim ipsa elementa propriè sunt symbola, sed actiones: quod etiam ipsorum Lascus copiosissime probat, ut in Baptismo non aqua, sed lotio. Sic circumcisio, sic comedio agni paschalis: sic aspersio sanguinis Exod. 24. inter nam aspersionem signavit.

¶ Iugatur hic porro iste ratiocinando sequitur amby postaticā unionem, secuturas etiam esse plures uniones, et quae alia sibi ociosē somniant: Sed non sequentur, quia non dicit Christus, Hoc ego sum, sed de alia re dicit, Hoc est corpus, et de alia, Hoc est sanguis meus.

Exagit at item hoc loco ociosē nostram plam et gravem sententiam: Mysteria Dei humani ingenij acie curiosē inuestiganda et scrutanda non esse, omnemque curiositatem humanae audacie compescendam esse, sed tantum uerbo Dei simplici fide, religiosoque corde firmiter credendum esse. Vnde facile intelligere potes, qualis sit istorum animus ac Theologia in hac quidem parte, sed per commode eos Calvinus super Ephesios hisce uerbis obiurgat;

Exclamat enim Paulus magnum esse arcanum, quo minus non posse uerbis explicari, quantum rei dignitas postulat. Et sane frustra se homines macerabunt, si carnis sue sensu comprehendere modum et rationem studeant. Hic enim Deus immensam Spiritus sui potentiam exercit. Quare præposteri sunt, qui nihil plus in hac re concedunt, quam ingenij sui MODVLO consecuti fuerint.

**Q**uoniam uobis in sacra Cœta carnem & sanguinem Christi exhiberti negant modum (inquiunt) definias aut non persuadebis. At qui ego mysterij altitudine in stuporem abripior. Neq; uero me pudet admiratione meam ignorantiam cum Paulo fateri. Quanto enim id satius quam extenuare carnis meæ sensu, quod Paulus altum mysterium esse pronunciat? Idq; docet ipsaratio. **Q**uicquid enim super naturale est, id profecto captum in genitivis nostri superat.

Hic sanè non parum modestior ac religiosior est in hisce rebus ac mysterijs Dei, quam iste scriptor alijsq; Cagliani sunt.

In 16. argumento ait, Christum ita diuersa symbola distinxisse, ut non possit rerum essentialis coniunctio statui, nisi uel confusis permixtum symbolis, uel ipsis rebus separatim diuulsi. In quo multipliciter ac fæde impingit: neq; enim ullam unionem Christus statuit sui corporis ac pants extra manducationem: quasi si munaceula sit penis, in altera uinum, etiam corpus ac sanguinem illis seorsum coniuncta ibi reposita sint: Sed in ipsa cœsum manducatione aut perceptione coniunctio est: Christus enim de iam dato in cœsum cibo pronunciat, id est secundum corpus.

Secundo errat fæde, quod sicut uidet mortua illa eleminta panem ac uinum localiter distincta esse, ita etiam corpus ac sanguinem Domini scrututi localitatis ac temporalitatis subiicit.

**O**mnikom uero grauisime errat ac peccat, quod ma-

uult suo stulto cerebro, quam expresso uerbo Dei crede-  
re: Quo uno fundamento totam religionem ac pietatem  
euertere potest.

Contrà nostra in hac parte argumentatio uera ac so-  
lida est, quod si fidei tantum inducatio corporis ac  
sanguinis Domini sit in sacra Cœna, tunc sit frustranea  
illa distinctio, quia cum alterutro elemento utruncq; acci-  
piatur, inq; etiam prorsus extra & sine illis elemen-  
tis percipiatur: tametsi secundum istius fidem neu-  
trum sumatur, quia ille omnem realem præsentiam  
corporis ac sanguinis Domini à sacra Cœna separat,  
& tantum nuda elementa esse facit, sicut annulus est  
congiunt, aut pictura sponsi est sponsus, qui tamen alti-  
cubi apud Archiopas uagatur & negociatur.

Nec uero tantum erit frustranea, sed etiam ad impos-  
tarum idonea, quod Christus adeò grauiter seorsim de  
panc pronunciat, Hoc est corpus meum, & seorsim de  
potu, quod sit sanguis eius: Oues enim Christi uocem  
eius audiunt, & pie mentis est simpliciter assentia-  
ri uerbo uiuentis Dei, sicut Abrahamus fecit, & non  
considerare ac dubitare iam de huius, iam de illius rei  
natura, que uerbo repugnare uidentur, sicut Sira  
& Zacharias faciunt. Quare piorum animi audien-  
tes tam graues distinctasq; affirmaciones, non possunt  
nec audent eam opinionem suscipere, quod panis sit  
perinde sanguis ut corpus, & uicissim unum perin-  
de corpus, aut quod alterutro sumpto utrunque acci-  
piatur.

Dicit fidem uaria posse distinguere, Et inter alia inquit: Ita hæc diuinitate fides amplectitur, nimur uerè quidem nobis uitam eius corpore, sanguine uero redemptionem partant esse, &c. quasi uero sit aliud acquirere redemptionem quam uitam: aut aliud nobis corpus Christi quam sanguis eius parauerit. Garrit pro arbitrio, fidens sue loquacitati, & non cogitans quid garriat.

Tunc hic etiam Papisticam concomitantiam, & dicit aduersarium concessisse diuinitatis concomitantiam: cuius qualis concessio fuerit ignoro, eoq; hinc responde re non possum: Sed tota illa Papistica & Cingiana concomitantia incidit in illam Pauli reprehensionem istorum, per suas ratiocinationes euancrunt, & stulti facti sunt.

In 17. argumento urget illud sophisma, quod cum omnis sumptio corporis Christi sit salutaris, & indigni salutem non consequantur: Igitur nec corpus Domini sumunt, eoq; neq; etiam uerè corpus Dominum Cæna adesse. Maiorem ego hic posui uniuersaliter, uti oportet fieri, si ratiocinatio ualere debeat, cum ipse eam tantum in definite posuerit.

At ipsius sententia est reuera particularis, si ad hoc argumentum applicetur. Inquit enim: Nos statuimus hanc sententiam Christi esse planam, perspicuam, perpetuam atq; indubitatam, quod quisquis ederit carnem eius & biberit sanguinem eius, uitam in se habeat. Respondeo hæc Christi sententia loquitur tantum de quadam interna mandatione, nempe de spirituali aut fidei, de qua

qua loban. 6. Dominus agit. In Sacramento uero Cæna in  
uerbis Accipite & Comedite. Hoc est corpus meum, agi-  
tur manifeste de externa sumptuone ac manducaione,  
que nequaquam est omnibus salutaris, sicut ipsimet ci-  
tant illud dictum Pauli Cor. 10. Omnes biberunt spiritua-  
lem potum de petra Christo, sed non omnes tamen serua-  
ti sunt. Igitur illa manducaio Christi uel ipsorum testi-  
monio nota suic illis salutaris.

Non ualeat ergo istius ratiocinatio. Aliqua manduca-  
tio corporis Christi est salutaris. Ergo omnis est saluta-  
ris: Aut spiritualis fidei manducaio corporis, de qua lo-  
ban. 6. agitur est salutaris. Igitur et illa erit salutaris sem-  
per, de qua in uerbis Cæna dictum, Comedite Hoc est cor-  
pus meum. Hoc est eius primum Sophisma.

Sequens in quo abutitur testimonij Augustini simile  
est. Dicit Augustinum negare, indignos percipere uitum-  
tem, efficaciam ex rem Sacramenti. Item non comedere  
intus ac spiritualiter. Quid hoc contra nos aut contra il-  
lam exteriā sacramentalemq; manducaionem corpo-  
ris Christi, quam etiam indignos percipere Augustinus  
sepiissime testatur, ut qui eam etiam iudeat tribuat.

Confitetur iste in hoc ipso loco ex Augustino, impios  
Sacramentotenus carnem Christi comedere, nempe qua-  
tenus in Sacramento externo modo instituta est: Sed istis  
Sacramentotenus idem est, quod typotenus aut figurati-  
ue, umbratiliter, aut sicut dicunt in sua anorthodoxa  
confessione, per fortēm imaginationem. Sic isti nobis si-  
gnificatiū ac imaginariā tātum communionem corpo-  
ris Christi non realem concedent. G 5 Pro

Probauerat eius aduersarius indignorum manduca-  
tionem testimonio Pauli i. Cor. ii. At iste eludit Pauli te-  
monia, quia dijudicare (inquit) significat eximium ac  
preciosum iudicare, etiam si longissime in cœlo sit. atq; is-  
bi dijudicare significat potius cum iudicio discernere, si-  
cui estiam Calvinus ac Bezauuerterunt, quod uidelicet il-  
lum cibum ac panem, qui est etiam corpus Christi, non di-  
scernat ac dijudicent ab alijs Cœnis aut cibis, sed perinde  
securi & polluto animo eò accurrunt, ac si altoqui domi-  
sue ad profanam mensam accederent. In eadem signifi-  
catione hoc uerbum οἰκεπίω statim ibidem usurpatur  
cum inquit: Etenim si nos ipsos dijudicaremus, non puni-  
remur.

Quare multò rectius hunc locum Calvinus & Theo-  
doritus exponunt, quorum uerba adscribam. Calvinus  
enim ita habet: Prius sceleris atrocitatem nomine desi-  
gnavit: quem dixit reos fore corporis & sanguinis Do-  
mini, qui indignè ederent: nunc penæ denunciatione ter-  
ret. Multi enim sunt, qui non mouentur ipso peccato, nim-  
fi Dei iudicio perculsi fuerint: hoc ergo facit cum pro-  
nuntiat cibum hunc alioqui salutarem futurum exitio, et  
inuenientia conuersum iri indigitē manducantibus: Ra-  
tionem addit, quia non discernunt corpus Domini: nem-  
pe tanquam sacrū à profano, perinde est ac si diceret illis  
manibus atrectant sacram corpus Christi: non perinde ac  
si res nihil foret, non cogitant quoniam sit eius precium.  
Dabunt igitur pœnitentia profanationis. Memoria au-  
tem teneant lectors, quod nuper docui, offerri illis cor-  
pus,

pus, licet eius participatione sua eos indignitas priuet.

Porrò Theodoreetus hoc modo, Sacram illam & omnia ex parte sanctam noctem in memoriam reuocauit, in qua & typico Paschati finem imposuit, & uerum typum archetypum ostendit, & salutaris Sacramenti portas aperuit: Et non solum undecim Apostolis, sed etiam (Nota) Iudee proditori preciosum corpus & sanguinem impertit. Docet autem quod illius noctis bonis semper fruis possimus. Et mox: Illud autem, Erit reus corporis et sanguinis, hoc significat, quod, quemadmodum tradidit ipsum Iudas, ipsi autem insultarunt & eum probris & conuictis affecerunt Iudei, ita eum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & incestum os inmituntur. Postquam eos ita terruit, ea que par est admonet, &c.

Quare evidenti testimonio D. Pauli fretus alia eius hic sparsa Sophsmata omittam, illud unum breuiter attingens, quod hic iterum redeat ad locum Ioh. 6. & dicat se inde probare posse, Spiritum uiuificum aut uiuificationem a corpore Christi separari non posse, ad quod ante a satis responsum est, ibi Dominum agere de spiritu ali aut fidei mandatione, cui uiuificationem adiunctam esse libenter confitemur.

Obijcit nos discrimen indignorum induxisse, cum notissimum sit, id primum Calunium proposuisse, cui omnes nostri in hoc, praeter unum quendam, reclamantur.

Attexit & illud Sophisma, non posse indignos communi-  
cari de corpore Domini, quandoquidem ad usum Sa-  
cramenti non attendunt. Quasi uero ex hominum fide et  
attentione ipsa Sacramentorum substantia dependeat.

Postremo loco incipit differere de patrum testimonijs,  
ab illo suo aduersario citatis, in qua parte ita incipit.

Ceteraque sequuntur argumenta à Patrum authoria-  
tate petita sunt, de qua breuiter aliquid dicendum est. Ac  
primum quidē fatentur, &c. Patres infinitis locis panem  
Sacramenti carnem ipsam Christi V E R A M appellare.  
Ideoq; ait Iustinus nos eductos esse hunc cibum per pre-  
cationis uerbum, quod à Christo prolatum est, benedictū  
illius Iesu Christi, qui homo factus est, carnem & sangu-  
inem factum esse. Eodem pertinent Ambrosij ac propemo-  
dum reliquorum omnium uerba, ab aduersario ad hanc  
causam producta. Sed queso te bone lector, animaduerte  
propius, an haec patrum dicta illo omnino modo ad con-  
substantiationis doctrinam possint pertinere? Ego sanè si  
uerba sine tropo Sacramentali intelligantur, nihil ex ijs  
possim colligere, nisi uel panem in Sacramento in corpo-  
ris substantiam conuerti, uel si nulla fiat conuersio ipsum  
panem esse uerum Christi corpus. Horum utrumq; perne-  
gant aduersarij, & adhuc tamen clamant patrum uerba  
à se se facere.

Nos uero non negamus panem esse uerum corpus  
Christi, quin potius Christo hoc dicenti omnibus modis  
assentimur: Sed intelligimus hanc sententiam non secun-  
dum Scotti identicam (uti uocant) prædicationem, quasi  
panis

panis ille summa identitate sit corpus Christi, seu nihil  
prosperum aliud sit quam corpus Christi: Sed de Sacramen-  
tali unione.

Obserua autem quod et confitetur, patres in infini-  
tis locis panem Sacramentii appellare corpus ipsum ue-  
rum Christi: et tamen pernegat eos nobiscum sentire,  
qui hoc ipsum uolumus. Causam afferit, quia ipse non pos-  
sit aliter intelligere uerba Cene sine tropo accepta, qua  
de transubstantiatione, &c. Bella confirmatio.

Addit etiam mox haec: producunt multa testimonia  
tum ex Cyrillo, tum ex Hilario, quibus declaretur, hoc Sa-  
cramento nos reuera communicare, non modo charita-  
ti, sed etiam carni Christi. Quod nostrum nemo unquam  
negavit. At uel unum aliquod, quo ostendat ipsum panem  
cum corpore realiter coniungi, non possunt producere:  
cum tamen in hoc uno omnis ueretur nostra dissensio.

Initio dixerat omnem dissensionem esse, an uerba sa-  
crae Cene sine tropo uel uero figurate accipienda sint.  
Inuertit ergo hic scopum ipsum totius controuersie.

Ceterum mox contra confitetur patres passim testas-  
ri, Sacramentum hoc constare re terrena et caelesti. Si  
hunc duabus rebus constat hoc Sacramentum, nempe pa-  
ne et corpore, an non erit inter ea coniunctio? Sed dicet  
forte non esse realem coniunctionem, sed solum per for-  
tem imaginationem, ut est in eorum confessione: scilicet  
igitur erit talis coniunctio, sicut est relicti domi an-  
nuli aut picturæ sponsi in India negociantis cum ipso  
sponso, ut ipsam suam istam imaginationem

De

de Sacramento fatis crasse & imprudenter declarauit,  
quam Sacramenti profanationem non uno loco Calumnia  
insectatur.

Irenaeus clare affirmat illum ipsum cibum aut eucha-  
ristiam, qui corpore à communicantibus percipiatur,  
constare re terrena ac cœlesti, nempe p.ane ac corpore  
Domini: An non oportet illi inter se se unita esse, que a  
deò unam rem efficiant, ut simul idq; corpore seu extera  
no more sumantur? Verba eius hæc sunt.

Ex lib. Irenæi 4. Cap. 34.

Quomodo autem constabit eis cum panem, in quo  
gratia adæ sint, corpus esse Domini sui, et calicem san-  
guinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicat,  
id est, uerbum eius, per quod lignum fructificat, deslu-  
unt fontes, et dat primum quidem sœnum, post deinde  
spicā, deinde plenum triticum in spica. Quomodo autem  
rursus dicit carnem in corruptionem deuenire, et non  
percipere uitam, que à corpore Domini et sanguine a-  
litur? Ergo aut sententiam mutent aut abstineant offeren-  
do, que prædicta sunt. Nostra autem consonans est sen-  
tentia Eucharistie, et Eucharistia rursus confirmat sen-  
tentiam nostram. Offrimus enim ei que sunt eius, con-  
gruenter communicationem et unitatem prædicantes,  
carnis et Spiritus. Quemadmodum enim qui est à ter-  
ra panis percipiens uocationem Dei, iam non communis  
panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, ter-  
rena et cœlesti: Sic et corpora nostra percipientia Eu-  
charistiam, iam non sunt corruptibilia specm resurrectionis  
habentia.

147

Idem lib. 5 Sic autem secundum hæc uidelicet, nec Dominus sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiae communicatio sanguinis eius, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius est.

Et mox: Eum calicem qui est creatura suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget corpora. Quando ex ego et mixtus calix et fractus panis percipit uerbum Dei, fit Eucharistia sanguinis et corporis Christi, ex quibus augetur et consistit carnis nostræ substantia: quoniam non do carnem negant capacem esse donationis Dei, qui est uita eterna, QVE sanguine et corpore Christi nutritur, et membrum eius, quemadmodum et Apostolus ait in ea, que est ad Ephesios Epistola, Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, et de ossibus eius: non de spirituali aliquo et misibili homine dicens hæc: spiritus enim neque forma neque carnes habet: Sed de ea dispositio, que est secundum hominem, qui ex carnibus et acrulis et ossibus consistit, quæ de calice, qui est sanguis eius, nutritur, et de pane, que est corpus, augetur. Hac est Irenæus.

Idem etiam multi alij patres disertissime testantur, quod nec iste nec alij aduersarij negare possunt.

Beza quidem in suis Dialogos diserte testatur patres affirmare, etiam mutationem fieri panis in corpus, nempe non ut desinat simul esse panis. Martyr uero in suo illo magno uolumine multas præceptiones ac ueluti Stratagemata excogitat, quibus sint patrum dæqua nostra ueraq; sententia in ipsorum peruerienda

et pertrahenda. Quare uolentes nolentes coguntur con-  
fiteri patres nobiscum sentire & loqui. Vide collectanea  
testimoniarum patrum Vuestphali & D. D. Marbachij,  
aliorumq; Nunc quasdam ueluti appendices, omisso isto  
aduersario, cui plus satis responsum esse confido, adi-  
cam.

## TRIPLEX DISTIN- CTIO TEXTVS SACRO- sancti Testamenti filij Dei.

### PRIMA DISTINCTIO DE DUPLO mandatione externa & spirituali.

D. Iesus accepit panem, fregit, de-  
dit discipulis suis dicens : Accipite  
(Externa manducatio) Comedite , HOC  
**EST CORPVS MBVM**,  
quod pro uobis traditur, Hoc facite  
(Spiritualis manducatio filii) in memoriam  
mei.

Obserua Christiane frater hic duplē manducatio-  
nem, Externam quidem in uerbis, ACCIPITE, CO-  
MEDI TE, hoc est corpus meum : que uerba non pos-  
sunt nisi de externa mandatione intelligi : aut si de fi-  
dei

dei uel interna manducatione intelligenda sunt, tum nul-  
lum plane ius aut mandatum de celebranda Cœna habe-  
mus: Internam uero in uerbis, HOC FACITE IN ME-  
MORIAM MEI, quorum sensus est, non ociosa cogita-  
tione de me cogitate, sed certa fide ita mei recordemi-  
ni, ut statuatis, quod ego olim uestri causa sim incarna-  
tus, & cum mea paſſione & beneficijs sim uester, uosq;  
iustificem & uiuificem.

Ne ergo patiare sub pretextu spiritualis manduca-  
tionis, illam priorem ac externam tolli, sed unaquaq;  
suo loco ac in uerbis, in quibus Christus eam collocauit, re-  
linquatur.

Prior manducatio est essentia Sacramenti: Posterior  
est fructus: Prior seruit posteriori, nosq; deducit ad e-  
am. Fit enim, teste ueritate, in eum finem, ut semper Ie-  
sus cum suis beneficijs memori fide accipiamus, nostrum  
que faciamus.

## SECUNDA DISTINCTIO DE SIGNO

& re signata, Christi & Caluini.

D. Iesus accepit panem, fregit, dedit disci-  
pulis suis dicens, Accipite, Comedite, HOC  
EST (Cal: signum) CORPVS MEVM, quod  
pro uobis traditur, Hoc (Hactenus Christi signū)  
facite in memoriam mei.

Obserua quod Christus ponat uocē & rem SIGNVM  
in uerbis, HOC FACITE in memoriam mei, ostendendo  
quod omnia illa præcedentia sint mnemosynon, seu si-  
gnū memoriale Christi eiusq; beneficiorū. Quod enim in

alterius memoriam sit , hoc est eius signum memoriale ,  
quod est per se notissimum.

Dicit ergo Christus totam illam compositionem & po-  
tionem , panis & corporis , ac uini & sanguinis , esse no-  
bis signum memoriale sui , ac si diceret : Hic est corpus  
mei , sit uobis signum memoriale mei . At isti contra  
uocem SIGNI , ponunt ante nomen corpus meum , dicen-  
tes illa uerba , Hoc est corpus meum , idem ualere ac , Hoc  
est signum corporis mei . Iudica ergo Christiane Lector ,  
utrius interpretationem , Christianè an ipsorum , sequi-  
malis .

TERTIA DISTINCTIO INTER ES-  
sentiam & effectus aut fructus huius Sa-  
cramenti .

D. Iesus accepit panem , fregit , dedit Di-  
scipulis suis dicens : Accipite , Comedite ,  
**HOC EST CORPVS MEVM** , (Huc-  
usq; essentia , hinc fructus Sacramenti est ) Quod pro  
uobis traditur , Hoc facite in memoriam  
mei .

Obserua postremò diligentissime Christiane lector ,  
ueram distinctionem tum huius sacri textus , tum etiā ip-  
sius Sacramenti , quam quidem etiam Calvinus & Beza  
comprobant . Nam in illis uerbis , Accipite et Comedite ,  
Hoc est corpus meum , quod pro uobis &c. essentia Sa-  
cramenti huius describitur . At in sequentibus , pro uobis  
traditur , Hoc in memoriam mei facite , & mortem Do-  
mini annunciate , describitur efficacia , effectus ac fructus  
Sacramenti huius .

Malo

Malè ergo corrumpunt hunc sacrum textum sacro-  
sancti testamenti filij Dei aduersarij , dum spirituales fr̄s  
Eius , usum , utilitatem ac efficaciam huius Sacramenti ,  
sc̄u spiritualem mandationem in uerba . Accipite , Ba-  
date , Hoc est corpus meum , uiolenter contraq; eorum na-  
turalem sensum mirantur , cum spiritualem beneficia hu-  
ius Sacramenti , propriè tanum in illam posteriorem  
partem aut uerbi , pro uobis traditur , Hoc facite in me-  
moriam mei , res uenda sint , & ibi propriè h̄c res ma-  
teriaq; à Christo tractetur .

QVOD FAVLVS SENTIAT , E-  
tiam indignos manducare corpus Domini in  
sacra Cœna .

I. Quia 1. Cor. 10. conferens Israelitas cum Christia-  
nis , dicit omnes eundem spiritualem cibum comedisse ,  
& quidem etiam dicit eos de Christo bibisse . Eum tex-  
tum ita Calvinus & alij eorum doctores sepe exponunt ,  
quod Paulus dicat , omnes illos eundem spiritualem ci-  
bum nobiscum comedisse . Iam constat plurimos ex Isra-  
elitis et etiam Christianis indignè manducare . Igitur de  
eodem Christo manducant ac bibunt digni & indigni .

Sed ut maximè ipsi uicem discedere ab illo suo in-  
tellectu , tamen argumentatio illud ipsum concludet .  
Summa enim eius est : Sicut omnes Israelitæ digni  
& indigni eundem spiritualem cibuni ederunt , & eun-  
dem spiritualem potum externo modo sumpserunt , nec  
tamen ideo seruati sunt : Ita & nos Christiani digni ac  
indigni , de eodem Christo in sacra Cœna externaratione

communicamus aut manducamus, sed fructus aut beneficia eius non omnes percipimus.

2. Quia cum apostolus uelit fractionem aut participationem panis esse ipsam participationem corporis, ut Demonstratione 34. appendicis ipsorum proprijs testimonijs copiose demonstrauit, manifesta ratiocinatione se quitur hoc modo: Omnis accipiens fractionem panis, accipit communicationem seu participationem corporis Christi, quia illa fractio panis est manducatio corporis. Sed indigni accipiunt fractionem aut participationem panis, Igitur & corpus Christi. Fractio panis sepe simpliciter manducationem denotat, teste etiam Beza.

3. Manifestum est, quod Paulus loquatur de externa communione corporis ac sanguinis Domini, quia eam consert cum externa communione idolothytorum: Item cit' externo esu ac potu miraculosi diuinitus: q; dati potus ac cibi Israelitarum. Illa uero externa communio est non minus indignorum quam dignorum.

4. Paulus reprehendit hanc communionem aut participationem corporis Christi, ut noxiā sumentibus: at dignorum communio reprehendit aut noxia esse minimè potest. Igitur etiam indigni ista reprehensibili noxiā communione communicant.

5. Paulus dicit nos ideo esse unum corpus, quia omnes de uno corpore participamus. Certum uero est, sentiuq; idem etiam Calunus, quod non puri panis, sed propriè corporis Christi participatio nos faciat membra eius, nosq; in unum corpus redigat. Igitur etiam indigni de il-

lo pane, qui est corpus Christi, participant, fiuntque eius  
membra, sed non iuua, ut palmites uitis non frugiferi,  
et ut pisces putres in sagena Domini sunt.

6. Quia Paulus ob hoc ipsum Corinthis ut indignos  
obiurgat, et dicit: Panis quem frangimus, nonne est co-  
municatio corporis Christi? quia illi per summam negligi-  
mentum sacram Cenam adeuntes, non expendebant quid  
sumerent, putabantque se tantum purum panem accipe-  
re. Quare ille contra obiurgans eos dicit: Ista panis fra-  
ctio non est solius panis, ut uos somnatis, sed etiam cor-  
poris Christi participatio, quasi diceret: An nescitis uel  
non cogitatis, fractionem aut participationem istius pa-  
nis, esse ipsiusmet corporis Christi communicationem  
seu participationem?

7. Objiciunt isti nullam manducationem corporis Ch-  
risti indignis contingere, quia dicat Paulus: Non pote-  
stis ergo. At uero hinc potius sequitur indignorum rea-  
ducatio. Non enim agit ibi Paulus de non posse facti, sed  
de non posse iuris: Non enim simpliciter negat eorum  
factum, ut prorsus impossibile, sed accusat, ut uiri ac uo-  
luntati Dei repugnans. Contingit ergo etiam indignis il-  
la communicatio.

8. Paulus sumpsit ista sua uerba et sensum, Panis quem  
frangimus est communictio aut participatio corporis  
Christi, non ex suo cerebro, sed ex ipsiusmet uerbis sa-  
crae Cenae. Nam illa prima uerba seu subiectum, panis  
quem frangimus, exprimunt illa uerba, Accepit panem  
et fregit ac dedit dicens. Porro illa sequentia, Est com-

munio aut participatio corporis Christi , exprimunt il-  
la Christi uerba, Accipite & Comedite, Hoc est corpus  
meum. At certum est illis uerbis Christi , Accipite &  
Comedite , significari externum eum , etiam indignis  
communem. Igitur etiam illis Pauli, Est communica-  
tio corporis Christi , etiam indignus communie mandu-  
cato notatur.

9. Paulus 1. Cor. 11. Ob hoc ipsum uerba Christi de  
pane dato dicta, Hoc est corpus meum, recenset, ut mo-  
neat Corinthonos indigne ac comedere sacram Cœnam sua-  
mientes, ut sciant ac cogitent se non tantum simplici pa-  
ne abuti, sed potius ipso corpore Domini, quia, teste Ip-  
sorum Christo, ille panis non sit simplex ac purus panis,  
sed etiam uerum corpus Christi, ut q̄ eos absterrat, ne  
porro indigne corpus Domini sumant. Quare cum Pa-  
lus in eum sicutem Domini uerba recitet, in ostendat, quid  
nisi sumant, ex quam præciosa re fidelissime abutantur.  
clarè assiris indignorum corporis Christi manducatio-  
nem.

10. Verba D. Pauli, Itaq; quicunque ederit panem hunc,  
aut biberit poculum Domini indigne, reus erit corporis  
& sanguinis Domini . Hæc inquam uerba ex pressedena  
tibus nempe ex uerbis institutionis illata, manifeste hanc  
ibi esse Pauli argumentationem indicant, Panis est cor-  
pus Christi, testi tibus id eius proprijs uerbis, molò ci-  
tatis: Itaq; indigne sumens aut abutens illo pane, abutus  
tur ipso corpore Christi. Hæc argumentatio, si illuc non  
proponitur, non video quenam esse posse.

ii. In mox sequentibus dicit, ideo illos abutentes sacra Cœna sibimet exitium manducare, quia non dijudicent corpus Domini. Quid hic aliud potest esse non dijudicare corpus Domini, quam non discernere hunc panem ac Cœnam, qui est corpus Domini, ab alijs communibus panibus aut Cœnis, Sed perinde eò illotis (ut auctor) manibus ad sumendum ibi corpus Domini irruere, ac si ad alium quemuis cibum aut purum panem accurrerent, sicut modo ex ipsius Calvini expositione ostendit.

12. D. Iohannes expressè dicit, aquam & sanguinem testari hic in terris de Christo: quomodo autem testatur, nempe aqua baptizando aut perfundendo corpus nostrum testatur de Christo, & sanguis dum bibitur. Sunt uero haec testimonia non minus indignis quam dignis communia. Sequitur igitur etiam indignos percipere ipsos testes Christi, nempe non tantum aquam in Baptismo, sed etiam sanguinem in sacra Cœna.

13. Fædera unà cum suis proprijs sigillis aut pignoribus, non minus indignis quam dignis communicantur, seu cum illis ea Deus mit. At hoc scđaus est in sanguine Christi, teste ipsorum Domino, & potius illius sanguinis est signum memoriale illius fæderis. Igitur sicut olim sanguis ueteris fæderis est realiter communicatus dignis et indignis, tum in ueteri sacra Cœna, tum etiam in fædere Exo. 24. Vbi etiam eadem uerba fæderalia sunt, quæ in sacra Cœna: ita & nunc sanguis fæderalis non minus in dignis quam dignis communicatur.

14. *Sacra menta omnia quoad essentiam, sunt communia dignis & indignis, Sed quoad effectum aut fructum, utilitatemue, tantum dignis sunt propria. Non potest uero negari, uerba Accipite & Comedite, Hoc est corpus meum, propriè ad essentiam sacramenti Cœnae pertinere, quod & Beza ac Calvinus concedunt. Nam effectus aut fructus in illis sequentibus, pro uobis traditur, & Hoc facite in memoriam mei, ac Mortem Domini annunciate, continetur. Quare illa mandatio etiam indignis est communis.*

**Quod ex uera sententia de præsentia corporis Christi in cœna non sequatur panem sacrum adorandum aut offerendum esse.**

**P**Apistæ & Calviniani uehementissimè contendunt, quandoquidem panem in Cœna esse corpus Christi fateamur, sequi necessario, quod ille ipse panis adorandus, includendus & circumgestandus sit.

Respondeo. Non ualeat hæc Regula in illis loquitionibus, quibus propriè diuarum diuersarum rerum unio notatur, uidelicet, ut quod alteri illorum sit proprium, id mox utriq; propriè conueniat. Ut exempli gratia recte de Christo dicimus, *Hic homo est Deus: & rursus, Hoc uerbum est caro.* Non tamen idcirco propriè uel mortalitas uerbo conuenit, uel immortalitas & infinitas huma-

nitati, quæ sunt alterius tantum naturæ propria.

Rectè igitur dicimus, duas quidem naturas unitas esse in Christo, non autem confusas, sed distinctas, quemadmodum & earum proprietates distinctæ sunt. Sic mortalitas quidè humanitati tantum, immortalitas uero tan-  
tum diuinitati conuenit: Neq; enim propter illam sum-  
mam consociationem uel naturæ uel proprietates earū  
commiscentur.

Sic etiam in unitione Spiritus S. cum creata columba, uento, flamma & halitu Christi, Ioh. 1. 20. Act. 2.  
¶ 4. nō fuerunt idcirco illæ creature adoranda, quod omnipotens Deus se cum illis unire & nobis hoc modo  
patescere uoluerit: At nemo negauerit rectè dici, Hæc columba, hæc flamma, aut hic uentus, & hic halitus est  
spiritus s. Quod uero dico de non adoranda creatura  
spiritus s. adiuncta, hoc eò notabilius est, quod magis de-  
betur adoratio spiritui s. quam corpori Christi, ut tan-  
to minus sequatur adiunctum panem adorandum ullo  
modo esse.

Vt igitur rectè dicimus: Hæc columba est spiritus s.  
Et uicissim rectè dicitur: Spiritus sanctus est hæc co-  
lumba. Sic licet etiam dicere: Hic panis est corpus Chri-  
sti. Et quemadmodum ista columba idcirco adoranda  
non est, quod spiritus s. uel IN, uel SVB, uel CVM illa  
columba præsens adest: Sic nec panis ille propterea  
adorari debet, quod corpus Christi IN, uel SVB, uel  
CVM illo pane adfit.

Hæc ratio firma est & satis perspicua, constanterq;

euincit panem illum sacrum nequaquam adorandum es-  
se, Et malitiose facere aduersarios, quod nos ea de cau-  
sa adeo odiose calumniantur & exagitent.

Deinde unum esse Deum, & illum solum adorandum  
esse, & praeter illum neminem, confitemur, Sed neque  
Christus usquam sacrum illum panem ipsunet Deum ap-  
pellavit, neq; nos ita de cæna Domina sentimus. Non igit  
tur adorandus est ille panis. Nam aduersariorum sophi-  
sticæ concomitantie nihil facienda sunt.

Præterea nostrū non est, quicquam præsertim in illis  
summis & difficilimis Religionis negotijs instituere, nisi  
quod perspicue ac disertè nobis à Deo mandatum accepta-  
mus: Is uero in hac Cæna nihil aliud fieri iubit, quam ut  
sacrū panē acciperemus et comederemus. Nō iubet offer-  
re panē, nō adorare, nō circūgestare, nō etiā includere.  
Quod si igitur in aliū usum panē sacrū, quam cū, qui est  
secundū Christi mādū, trāsferimus, peccamus cōtra insti-  
tutionē diuinā grauiusq; et in idolatriā impingimus.

Accedit huc, quod manifestū est, diuina sacramenta  
non esse naturales quædam res, que semper durent &  
permaneant eadem. Sed totā eorum essentiā & dignita-  
tē ex institutione ac uerbo Dei, & ex uoluntate tantū  
authoris dependere. Ut enī si quis Baptismi sacra-  
mento abuti uellet ad superstitionem quandam corporis sa-  
nationem, aut conuertere in sacrificium uel funebre sa-  
cerum, aut in campanarum & lapidum consecrationem,  
ille profecto nullo modo Baptismum celebraret, sed pro-  
phanaret illud, & omnino grande sacrilegium commi-  
teret

teret: Sic qui Sacramentum Cenæ, non cœnam aut man-  
dationem quandam esse permittit, sed eam in sacrificium  
& idolum, quod circumgestandum, includendum, &  
adorandum sit, conuertit, is profecto non Sacramentum,  
sed horribilem idolatriam efficiat oportet.

Corpus Christi igitur in Cœna non est quiddam, semper  
permanens ibi & durans, seu naturaliter insitum, inser-  
tum, aut alligatum, quemadmodum reliqua creatura, quas  
Deus initio semel tales condidit, datus eis certis ac per-  
manentibus formis substancialibus: non est etiam eiusmo  
di, ut unum illud fuit, quod ex aqua fecerat Christus  
(Nam illud etiam in posterum durare & permanere  
idem potuisset, si non e potum fuisset) sed corpus illud  
tantum adegit in legima & cum institutione conueni-  
ente celebratione, tum cum sacrosancta Cœnam Christi  
comedentes & libentes celebramus. Adegit, inquam,  
& præsens est in Cœna corpus illud pro arbitrio & uo-  
luntate cuius, qui instituit Sacramentum, quandocumque illi  
& quocumque modo uisum est. Non autem quoties stultis  
mortaliibus libitum est, & prout illi cum eo ludere & ne-  
gotiari uolunt ac solent.

Sic Circumcisio, pascha, & sacrificia Leuitica, Sacra-  
menta quidem fuerunt, non autem diutius quam Deo placu-  
it. Neque enim iudeorū nostra ætate, Turcarū, Scytharū,  
& aliorū Machometistarū circuncisio, Sacramentū dicen-  
dū est, sed tetraplane & abominabilis idolatria. Hinc  
patet sophistice ista cōclusionē, quā utriuscq; partis aduer-  
sarij ex nostra sententia inferre conatur, nullus momenti  
esse

esse, nec, quia in Cœna uerum corpus Christi adesse affe-  
rimus, idcirco illud ibidem adorari, circumgestari, in-  
cludi, & offerri oportere.

Consistit ergo ueritas Christi, amotis sophismatum  
nebulis, quas isti illi offundere conantur.

## EXCERPTA CONCIO NIS ISEBRANDI IN DIE STE

phani habite, de inefficacitate Sacramento-  
rum, Auditæ & conscripta à M. Ioachimo  
Hartmanno, pastore in Comitatu  
Mansfeldensi: una cum opposi-  
ta refutatione Cal-  
uini.

### Propositio Concionis.

**D**equatuor Locis hoc tempore agemus,  
quos ut poterimus brevissimè expediemus, Siquidem multi sunt, qui sacram Domini mensam accedent.

1. Primo firmis argumentis ostendemus, quod gratia, remissio peccatorum & iustitia non sint alligata ad Sacra menta, nec ab ijs pendeant.
2. Secundo quod in usu Sacra mentorum nulla consolatio sit proposita, ut aduersarij nostri fingunt & iactant, cum ea solummodo in uerbo ante Sacra mentorum adhibitionem explicetur & exhibeat ur, Sed quod Sacra menta

eramenta tantum sunt externa sigilla, promissionem in uerbo exhibitam certificantia & fidem confirmantia.

3. Tertiō, quae sit uera sumptionis ratio.

4. Quarto, quae sit uera præparatio ut dignè ad tacobulam Domini accedere possumus.

### D E P R I M O.

Initio Aduersarij temere afferunt, dilecti fratres gratiam, remissionem peccatorum, iustitiam & uitam æternam pendere à Sacramentis, & simul cum illis exhiberi. Nequaquam id sic habet, nos falsam esse hanc assertionē, argumentis ex scripturæ dictis extructis irrefragabiliter ostendemus, quae diligeuter obseruabitis.

Rom. 4. dicit Paulus, Abrahamum ante circumcisionem acceptam fuisse iustum, id est, habere gratiam, remissionem peccatorum, donationem spiritus s. & hereditatem uitæ æternæ, ut dicitur: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam, postea tandem accepisse circumcisionem, quae sit signum, ut D. Paulus nominat, seu signaculum iustitiae fidei, quam acceperat in præputio. Hic clare & perspicue auditis dilecti fratres, quod Abraham credens promissioni in uerbo sibi oblato, accepit gratiam, remissionem peccatorum, iustitiam &c. & aliquantò post circumcisionem: non ut ea, quae per uerbum & fidem accepit, per illam acciperet, sed ut esset signaculum istius promissionis, & bonorum antea acceptorum.

Quare ista bona non sunt alligata Sacramentis, que tantum sunt sigilla confirmantia, sed in uerbo ante usum

Sacra

Sacramentorum exhibentur. Hæc lenocinio uerborum,  
(iuxta lingue sue uolubilitatem) ut & omnia sequentia  
exaggerauit, ut omnia in aures & pectora auditorum  
tanto profundius demergeret.

Luc. ii. Quantò magis pater uester cœlestis dabit  
spiritum s. potentibus. Hic iterū audimus donationē spiri-  
tus s. & ciui donorū, non pendere à Sacramentis, sed al-  
ligata esse uerbo & præcationibus. Quo imprimum igi-  
tar credentes petimus, datur spiritus s. non postea tan-  
dem in usu Sacramentorum &c.

In Esaia dicitur, Præiusquā clamabunt exaudiā. Illu-  
stre est hoc testimoniuī, quod Dominus dicit, se exaudiu-  
rum, præiusquā quis clamet. Peccatores uero non exau-  
diuntur, sed illi qui credunt in uerbum, quod promittit  
gratia, remissionem peccatorū &c. Ergo falso assertur  
in Sacramentis tandem illa dari, cum in uerbo & pro-  
missionibus fide apprehensis accipiuntur.

Matt. 18. dicit Christus: Si dno consenserint de omni-  
re quamcunq; petierint, fieri eis à patre meo, qui in cœ-  
lis est. Manifestum & hoc testimonium est, gratiam, re-  
missionem peccatorum &c. dari in uerbo, non pendere  
à Sacramentis. Quare falso aduersarij docent, qui ista  
bona alligant Sacramentis.

In oratione Dominica petimus. Remitte nobis pecca-  
ta nostra. Statim cum illa petitione simul fit remiss., pec-  
cat: Quare falso aduersarij docent, qui ista bona alli-  
gant Sacramentis. Sic in Baptismo remissio peccatorum  
est per uerbum non per aquam.

Drumb bit ich euch / vmb des leibes  
Christi Ihesu willen / Das ir euch die wi-  
dersacher mit dieser Lehr nicht last ver-  
föhren / als solten Gottes gnade / verge-  
bung der Sünden / Heiliger Geist / vnd das  
ewige leben / an die Sacrament gebunden  
sein / so sie doch im wort allein gegeben / vñ  
mit dem Glauben angenommen werden /  
Die Sacrament aber seind nur siegel vnd  
eusserliche zeichē derer ding / die das wort  
gibt.

Hoc est , Quare obsecro & abtestor uos per pas-  
sionem Iesu Christi , ne uos ab aduersariis per hanc do-  
ctrinam seduci patiamini , qui dicunt gratiam Dei , re-  
missionem peccatorum , Spiritum sanctum , & uitam e-  
ternam Sacramentis alligata esse , cum tamen in solo uer-  
bo distribuantur & sive accipiantur Sacra menta , aut  
sunt solummodo sigilli & externa signa earum rerum ,  
quas in uerbo accipimus .

Sic Heb. ii. dicitur. Quod Deus respexerit Abelēm ,  
& fidem illius , & ideo sacrificium eius acceptarit . En-  
tia gratiam esse alligatam uerbo , quod fide apprehenditur ,  
non Sacramentis seu externis signis . Hoc exemplum An-  
belis & aliorum Patrum , quoru[m] si ibidem mentio , longa  
declamatione enarravit , multa dicens de usu sacra-  
mentorum Patrum . Tandem conclusit . So geben vnd  
bringen nun die Sacrament nicht verges-  
bung

bunge der Sünden / welche allein ist im  
wort / vnd im leiden vn̄ sterben Christi Je-  
su / das am Creutz für vns gestorben / etc.  
Id est, Ergo non afferunt Sacramentaremissionem peccatorum, quæ est in solo uerbo & passione Christi.

#### DE SECUNDO.

Audiamus nunc confutationem mendaciorum, quæ aduersarij ex uerbis Cœne extruunt. Dicunt aduersarij in corporali manducazione, Im mündlichen es-  
sen, magnam consolationem proponi, hec si tollatur,  
nullam utilitatem relinqui. Audiamus igitur, quām te-  
nuem & miseram consolationem habeant in manduca-  
tione corporali, Sed & mendacia audiamus

Interrogant aduersarij, warumb gehestu zum  
Sacrament? Darauff antworten sie / das  
ich da hole vergebung der Sünden / Ge-  
rechtigkeit vnd Seligkeit.

Cur accedis ad cœnam Domini? Et respondent sic:  
Vt accipiam ibi remissionem peccatorum, iustitiam &  
salutem.

Hic longa confutacione opus non est, Antea often-  
dimus gratiam, remissionem peccatorum & uitam æter-  
nam dari in uerbo, & alligata esse tantū passioni & me-  
rito Christi, & exhiberi uerbo fide accepta. Sacramenta  
uerò tantum esse signacula & externa signa &c. Nul-  
la igitur consolatio ibi accipitur. Darumb sind es  
arme leut mit jrem trost, Quare miserrimi ho-  
mines

Hinc sunt. und cum sua consolatione. Hec multis explicā  
uit alij; uerbis.

Et paulò pōst.

Darumb sehet liebe Brüder vnd Schwe  
ſter was für einen Troſt ſie habē. Sie heiſo  
ſen vns Sacramentierer / ſie ſehen ſich für /  
das ſie es nicht ſein / wer ſchwertet mehr  
denn ſie / &c. hoc eſt. Videlicet igitur dilecti in Christo,  
qualem conſolationem habeant. Vocant nos Sacramenta  
rios : caueant ne illi potius eo nomine appellandi ſint.  
Nam quis magis errat quem ipſi? &c.

## CONFUTATIO CALVINI

& Bezae.

Hanc impian doctrinam non uno loco Calvini accu-  
rate confutat, cuius aliquot loca adſcribemus, ſuper E-  
phes. 5. ſic ſcribit: Quod Baptismo nos ablui docet Pau-  
lus, ideo eſt, quod illi nobis ablutionem nostram teſta-  
tur Deus, & ſimil efficit quod figurat. Nisi enim coniun-  
cta eſſet rei ueritas aut exhibitio, quod idem eſt: impro-  
pria hæc locutio eſſet, Baptismus eſt lauacrum animæ.  
Interea cauendum eſt, ne quod unius Dei eſt, uel ad ſi-  
gnum uel ad ministrum transferatur, hoc eſt, ut Minister  
censeatur ablutionis author, ut aqua putetur anime for-  
des purgare: quod non niſi Christi ſanguini conuenit. De-  
niq; cauendum, ne ulla fiducia noſtræ portio uel in ele-  
mento uel in homine hæreat: quando hic demum uerus  
ac rectus Sacramenti uetus eſt, rectâ nos ad Christum ma-

I nu duec-

du ducere, & in ipso sistere. Quod autem aliqui in hoc  
Baptismi elogio magis extenuando sudant, ne signo nimis  
um tribuatur, si uocetur anima lauacrum perperam fa-  
ciunt. Nam primum Apostolus non docet signum esse quod  
mundet, sed assertus solius Dei esse opus. Et ergo Deus,  
qui mundat, nec transferri hoc honoris ad signum fas  
est, aut signo communicari. Verum signo Deum tamquam  
organum uti non est absurdum, non quia uirtus Dei inclu-  
sa sit in signo: Sed quia nobis eam pro imbecillitate no-  
strae capti tali adminicculo distribuat: Id quosdam male  
habet, quia putant Spiritui sancto auferri quod est eius  
proprium, & quod illi scriptura passim uendicat. Sed fal-  
luntur: nam ita Deus per signum agit, ut tota signi efficac-  
cia nihilominus a Spiritu suo pendeat Ita nihil plus signo  
tribuitur, quam ut sit inscrius organum, & quidem  
a seipso inutile, nisi quatenus aliunde vim suam mutua-  
tur.

### Ex Institutionibus.

Quamobrem fixum maneat, non esse alias Sacramen-  
torum quam uerbi Dei partes: quae sunt offerre nobis ac  
proponere Christum, & in eo celestis gratiae thesauros:  
nihil autem conserunt aut profundunt nisi fide accepta: non  
secus ac nimum, uel oleum, uel aliis liquor quamlibet lar-  
gi infundas, effluet tamen ac peribit, nisi aperto uasis on-  
re uas autem ipsum undiq; perfusum, inane nihilominus  
ac uacuum manebit. Et paulo post.

Tantum hic queritur propriane & intrinseca (ut lo-  
quuntur) uirtute operetur Deus, an externis symbolis  
resignet

designet suas uices. Nos uero contendimus, quæcunq; adlibeat organa, primariæ eius operationi nihil decadere. Id cum docetur de Sacramentis, & corum dignitas præclarè commendatur, & usus expertè indicatur, & utilitas abundè prædicatur, & modus in ijs omnibus optimus retinetur, ut neq; deseratur illis quicquam quod non portet, neq; rursum quod illis conuenit detrahatur.

Item Beza in sua summa doctrina de re Sacramentaria, de efficacia Sacramentorum in hunc modum scribit.

Quorsum et in quem finem instituta sunt Sacramenta? Respondeo. Primum ut eò efficacius Christum ipsum posse deamus, unum facili cum eo. Secundo, ut quo arctior est nostra cum ipso Christo coabitio, eò magis ac magis uia illa Christi in nos deriuetur, cum reliquis ipsius donis.

Et paulò post: Vnde efficacia illa Sacramentorum? Respondeo, A Spiritu sancti operatione insolidum, non autem à signis nisi quatenus externis illis obiectis interiores sensus mouentur. Hos uero motus Spiritus sanctus, illis admittitibus nostre infirmitatis causâ utens, reddit efficaces, qua mensura & quo libuit momento.

Idem ibidem: Quæ est materia Sacramentorum? Respondens externam materiam vocamus signa ipsa, id est, aquam in Baptismo, panem & uinum in Cœna Domini unâ cum ceremonijs à Christo institutis, sicut uerbum ipsum testatur, que et ipse res maximas ac prorsus diuinæ uerè significant. Internam materiam, siue rem ipsam Sacramentis sèpè iam diximus à nobis dici, non tantu quæcūq; à Christo in nos deriuatur, sed ipsum in primis Chri-

sum, cl̄i quo oportet ut unū fiamus antequā ex ipso quā  
quā hauriamus. Proponitur autem nobis in Baptismo qui  
dē ueris sanguis Domini ut lauacrum, quo sanguine abluti,  
magis ac magis inscrimur & consepelimur cum Christo.  
In Cœna uero corpus & sanguis ciudem nobis donatur,  
& quidem distinctus symbolis, ut ueris noster cibus &  
uerus potus in uitam aeternam. Eadem est igitur materia  
interna uerbi simplicis & Sacramentorum, Christus ipse  
uidelicet cum omnibus suis beneficijs, ad quorum parti-  
cipationem uocamus. Sed differentia tamen est aliqua,  
secundum plus & minus, ut dici solet in scholis. Primo,  
quoniam quando ad uerbum simplex accedunt Sacra-  
menta, necesse est ubiorem esse declarationem bonæ  
uoluntatis Dei erga nos: & quò plura ac magis expressa  
sunt obiecta, eò uelementius mouent. Secundo quoniam  
quamvis uerbum simplex omnibus universaliter propo-  
situm, singulis postea fidelibus uirtute fiduci applicetur:  
tamen hoc non ita est expressum ut in Sacramentis, in  
quibus uidelicet Christi, signatim offertur, unde sit, ut  
singuli quadammodo in ipsius Christi possessionem per  
Sacramenta immittantur.

Calvinus super Ezechielem cap. 20 scribit in hac uer-  
ba: Testatur hoc loco Deus modò ritè iudei Sabbathu ob-  
seruent, sensuros effectum eius gratiae, quam uoluit illic  
repræsentari. Diximus enim Sabbathum fuisse Sacra-  
mentum regenerationis. Nunc ergo promittit efficaciam Spi-  
ritus sui, modò ne ianuam ipsi claudant sua impietate &  
contemptu. Hinc uidemus Sacra menta nunquam destituta  
Spiritus

Spiritus uirtute , nisi quatenus homines se indignos redundunt oblati sibi gratia . Papiste cum de Sacramentis loquuntur , dicunt habere efficaciam , modò ne ponamus obicem peccati mortalis : illic nulla fidei mentio . Modò igitur ne quispiam sit fur , aut adulter , aut homicida , dicunt Sacra menta habere suum effectum : exempli gratia , Si quis etiam , qui ne guttam quidem fidei habeat , se ingerat ad mensam Christi , ille inquit , recipiet non tantum corpus & sanguinem eius , sed fructum mortis & resurrectionis : Et tantum quia non ponit obicem peccati mortalis , hoc est non potest conuinci furti aut homicidiū : Videmus quo demersi fuerint cœcitatis , & hoc fuit iustum Dei iudicium . Tenendum igitur est , mutuam esse relationem inter fidem & Sacra menta , ideoq; Sacra menta effectum suum nancisi ex fide : non quod indignitas hominum illis quicquam deroget . Sacra menta enim semper relinent suam naturam : Baptismus est latacrum regenerationis , etiam si totus mundus esset incredulus : Cœna Christi est communicatio corporis & sanguinis eius , etiam si nulla esset scintilla fidei in mundo : Sed non percipimus gratiam quæ nobis offeritur , & quamvis res spirituales semper maneat eadem , non consequimur tamen effectum , nec sentimus quid ualeat , nisi caueamus , ne nostra infidelitas profanet , quod Deus consecravit in salutem nostram .

Deniq; in Confessione omnium Heluetiorum & Genevensium recentissime edita sic de Sacra mentorum efficacia legitur : Ut Deus Sacra mentorum author est , ita per-

petuo operatur in Ecclesia, in qua rite peraguntur Sacra-  
menta, adeo ut fideles cum a ministris Sacra-  
menta percipiunt, agnoscant operari Deum in suo instituto: in  
deoq; Sacra-menta perinde ac ex ipsius Dei manu perci-  
piunt. &c.

Et mox: Ceterum præcipuum illud quod in omnibus  
Sacramentis proponitur a Deo, et attenditur a pijs om-  
nibus omnium temporum, (quod alij nuncupant substan-  
tiam et materiam Sacra-mentorum) Christus est seruator  
hostia illa unica, agnus item ille Dei mactatus ab origine  
mundi, pœtra quoq; illa de qua omnes natiores nostri bi-  
berunt, per quem electi omnes circumcidantur sine me-  
nibus per Spiritum sanctum, ablunturq; a peccatis suis  
omnibus, et aluntur uero corpore et sanguine Christi  
ad VITAM æternam. Et quantum quidem atinet ad il-  
lud quod in Sacramentis est præcipuum et res ipsa, pa-  
ri sunt utrusq; populi Sacra-menta. Nam Christus uni-  
cus mediator et seruator fidelium utrobiq; est illud præ-  
cipuum et ipsa res Sacra-mentorum. Et mox: Alioqui e-  
num Sacra-menta non essent, que re significata duntur et  
constant, signa non essent: sed ideo usurpat signare-  
rum nomina, quod rerum sacrarum sunt symbola mysti-  
ca, et signa et res significatae, inter se sacramentaliter  
coniungantur, coniungantur inquam, uel uniantur per  
significationem mysticam, et uoluntatem uel consilium  
eius, qui Sacra-menta instituit. Non enim aqua, panis et  
uinum sunt signa uulgaria sed sacra. Et qui instituit ei-  
nam Baptismi, non ea uoluntate consilioq; instituit, ut  
fidei

Fideles aqua duntaxat Baptisni, perfundantur: & quæ  
iussit in Cœna panem edere, & uolum bibere, non hoc uo-  
luit, ut fideles panem & unum tantum percipiant, sine  
mysterio, sicut domi suæ panem manducant, sed ut rebus  
quoq; significatis spiritualiter communicent, et uerè per  
fidem abluantur à peccatis, & Christo participant.

Et mox: Visibiliter hoc foris Sacramento per mini-  
strum representatur, & ueluti oculis contemplandum  
exponitur, quod intus in anima misibiliter, per ipsum  
spiritum sanctū præstatur. Foris offertur à ministro pa-  
nis, & audiuntur uoces Domini, Accipite, Edite, Hoc  
est corpus meum, Accipite & diuidite inter uos, Bibite  
ex hoc omnes, Hic est sanguis meus. Ergo accipiunt fide-  
les quod datur à ministro Domini, & edunt panem Do-  
mini, ac bibunt de poculo Domini: intus interim opera  
Christi per spiritum sanctum, percipiunt etiam carnem  
& sanguinem Domini, & paſcuntur his in uitam eter-  
nam. Etenim caro & sanguis Christi, uerus cibus & po-  
tus est ad uitam eternam: & Christus ipse, quatenus pro  
nobis traditus et saluator noster est, illud præcipuum Cœ-  
na est, nec patimur quicquam aliud in locū eius substitui.

Verum adiiciamus sane adhuc unum atq; alterum Cal-  
uini testimonium.

Calvinus super primam Petri inquit: Breuiter autem  
uim usumq; Baptisni definit Petrus, quem ad conscienti-  
am reuocat, & nominatim fiduciam requirit, quæ sustin-  
at Dei conspectum, & apud eius tribunal consistat. Nam  
his uerbis docet Baptismū præcipua ſuī parte spiritualēm

esse: deinde peccatorum remissionem & reformationem  
ueteris hominis in se complecti. Quomodo enim bona &  
pura esse conscientia poterit, donec correctus fuerit uetus  
homo noster. & in iustitiam Dei renouatus simus? Et quo-  
modo respondemus coram Deo, nisi gratuita peccato-  
rum uenia fredi ac suffulti? In summa, Baptismi effectum  
indicare uoluit Petrus.

Idem in Tit. 3. scribit: Solent autem Apostoli à Sacra-  
mentis ducere argumentum, ut rem illic signatam pro-  
bent: quia principium illud ualere debet inter pios. De-  
um non inanibus nobiscum figuris ludere,  
sed virtute sua intus præstare, quod externo si-  
gno demonstrat. Quare Baptismus cōgruenter et ue-  
rē lauerū regenerationis dicitur. Vix et usum Sacramē-  
torum recte is tenet, qui rem & signum ita connectet,  
ut signum non faciat inane aut inefficax: neq; tamen eius  
orandi causa, Spiritui sancto derahat quod suum est.  
Tamen si autem neq; abluuntur Baptismo impij, neq; re-  
nouantur, nihilominus uim istam quod ad Deum retinet:  
quia utcunq; Dei gratiam respuant, illi tamen offertur.  
Porrò hic fideles Paulus cōpellat, in quibus quia semper  
Baptismus est efficax, merito cum sua ueritate et effectu  
coniungitur.

Huius generis planè innumera testimonia proferri  
possent ex illorum scriptis, quibus liquidò euinceretur i-  
stos nec tantum quidem proponere sane doctrinæ de San-  
cramentis, quantum ipsorum præceptores. Quod uerba-  
menter dolendum est fieri in tanta Ecclesia. Sed uenient  
certe

certe penæ, quas Paulus minatur abutentibus sacra cœ-  
na, cum inquit: Propterea dormiunt multi, non naturali-  
tum, sed diuinitus inflata morte.

Quod porro iste ratiocinatur, remissionem peccato-  
rum antea habuimus, igitur in Sacramento Cœnæ non per-  
cipimus. Respondeo omnibus horis ac momentis noua  
peccatorum remissione indigemus, iuxta continuam pe-  
titionem. Remitte, remitte debita nostra: & Qui iustifi-  
catus est, iustificetur adhuc.

Sic etiam illud Sophisnae ineptissimum est: Per fidem  
recipimus remissionem peccatorum & iustificamur: igit-  
tur non per Sacra menta. Sunt enim due diuersæ personæ  
in salute nostra peragenda, que singule sua habent orga-  
na ac ueluti manus, per quæ salutem istam peragunt. De-  
us habet suum organon aut manus nempe, uerbum ac  
Sacra menta, per quod nobis omnia bona offert: iuxta il-  
lud: Euangeliū est potentia Dei ad salutem omni cre-  
denti. Homines contra habent suum organon, quo omnia  
beneficia à Deo mendicant et accipiunt, nempe fidem seu  
fidei prectionem.

Haec due manus sibi inuicem perinde obuiant in hac sa-  
cro sancta actione, ac manus diuitis eleemosynam largi-  
entis & pauperis accipientis.

Errant igitur utriq; Papistæ simul & isti. Illi enim ar-  
gutantur: Sacramentorum maxima est efficacia. Ergo e-  
tiam non credentibus ex opere operato prosunt. Isti con-  
tra sophisticantur. Magna est uis fidei in percipiendis  
omnibus Dei beneficijs: Igitur non per Sacra menta non

bis remissio peccatorum et gratia confortur.

Deus conuertat utrosque et reprimat seductores, propter gloriam nominis sui. Amen.

Hoc sane dogmate iste prorsus sue partis primarium errorum, de sola spirituali mandatione in sacra Cena palpabiliter euerit. Quae enim potest illic esse presentia et spiritualis comedio corporis ac sanguinis Domini, si nulla ibi est gratia Christi, nulla remissio peccatorum, ac omnino nulla consolatio. Verissime ergo nos eis objicitur, quod non tantum corporalem, sed etiam spiritualem presentiam ac mandationem corporis et sanguinis Domini, ex sacra Cena funditus tollant, quantumvis interdum magnifice contrarium iacent et contra nos protestentur, nosque adeo eo nomine audacissime mendacij argumentant.

Arguit quoque crassus semetipsum falsitatis in eo, quod dicit nullam esse consolationem in Sacramentis, et tamen interim dicit esse sigilla gratiae ac favoris Dei erga nos: Ingens enim profectio consolatio est afflictis, cum tantum homines alicuius potenteris testificationem favoris ac opis accipiunt: quanto igitur magis anxie peccatorum conscientie consolatio amplissima proponitur, cum accipit sigilla uiuentis Dei de paterna gratia ac favore?

Non solum ergo cum scriptura et suis praceptoribus, sed etiam secum ipse pugnat Isebrandus. Deus confundat omnes seductores et liberet Ecclesiam suam potenter.

Contra

## Contra Strigilem.



Vtissimo planè Dei iudicio fit, vt  
qui non habent dilectionem ueritatis, incita-  
dant in efficaces illusiones, & præcipites à  
Satana ex alio errore in aliud iacentur &  
uoluantur. Sic sanè etiam Strigli accidit: qui ex alio er-  
rore in aliud ruit. Quoties uel illum Papisticum simul  
& pestileniissimum errorum Synergie, extenuantem,  
peccatum origmale, & amplificantem liberum arbitri-  
um, hisce annis 20. iam defudit, iam contra damnauit,  
iam iterum pertinaciissime excusauit.

In colloquio Vuormaciensi acerrimè pugnauit & pro-  
testatus est mihi est solenniter contra Synergistas, Adia-  
phoristas & Majoristas: at aliquanto post ad eos transfu-  
git: à quibus nunc denuò contra ad Sacramentarios de-  
cit, contra quos uidem in colloquio Vuormaciensi uehe-  
mentissime contenderat & protestatus fuerat. Sic iste  
Vertumnus ex alia figura in aliam se conuertit.

Verum de eis erroribus & summa incostantia ac etia-  
am perfidia in religione uide epistolam meam ad prin-  
cipem, in ultima editione disputationis Vinariensis. facie  
313. Ob que omnia merito cum omnes p̄ij suspectum habe-  
re & cauere deberent.

Quoniam uero, ex quo ad Sacramentarium errorē de-  
xit, epistolas quasdam sparsit, quibus illud uenientū incautio-  
ribus summa ui obtrudere, Ecclesiasticū recte sentientes sub-  
uertere conatur, necessariū omnino esse duxi, breuiissime  
et aliquid ueluti antidotuice opponere.

Prlm

Primum igitur proponit regulam dijudicandæ Sacra  
mentarïe controuersiæ, aut etiam prodit mysterium suo  
rum sodalium sanè dignum obseruatu: Docet enim dextra  
oculo esse respiciendum ad ratiocinationes, quæ dicit se  
colligere aut potius diuinare respiciendo ad totam reli-  
gionem omnium temporum: sinistro uero ad ipsa uerba  
sacrosancti Testamenti Christi.

Sanè ille non tam sinistro oculo respicit ad illud sacro  
sanctum testamentum, quam occipito, aut ei planè po-  
steriora obuerit: Nam cum uaria Sophismata conqui-  
rat, & hominum testimonia corradat, tamen de uerbis il-  
lius diuini oraculi planè nihil differit, multò minus inde  
suam sententiam probare conatur.

Obsecro autem omnes sanæ mentis non solum Theo-  
logos, sed etiâ quosuis Christianos, atq; adeo etiam quos-  
uis uel gentiles quoq; an non sit extremus furor uelle de  
aliquo mysterio Dei certo oraculo patesfacto, deq; eius  
oraculi sensu differere, & interim prorsus uerba eius on-  
raculi negligere?

Si quis causidicus in foro uellet de sensu alicuius testa-  
menti differere, & interim nec semel quidem textum  
testamenti inspicere, neq; uerba expendere: an queso  
non censretur planè insanire?

Sed hoc nimurum est theologari secundum illam  
Schwenckfeldij legē, olim à Lutherò pie memorie pate-  
factam: Volentē habere uerum sensum de sacro sancto Sa-  
cramento corporis Christi, oportere textum sacræ Cœ-  
mæ ex oculis remouere, & aliuinde ratiocinando ac spe-

culando

culando ueram sententiam eius oraculi querere.

Hec sanè prima ac maxima nota fanatici spiritus mērito posset omnes cupidos ueritatis ac salutis Christianos monere, ut sibi ab isto impostore omnibus modis caueāt, cumq; ut anathema deuident.

Expendamus uero etiam alia eius Sophismata ac imposturas, ut eius error tantò magis caueri possit.

Dicit Christum ascendisse in cælum, & sedere ad dexteram patris, indeq; sic uenturum iudicare uiuos & mortuos, sicut hic abierit. Igitur non exhiberi corpus eius in sacra Cæna.

Respondeo quod ad dexteram patris sit per illam ascensionis glorificationem exaltatus, quodq; in ea gloria nunc sedeat, dubium non est: Sed quod dextera Dei & illa cathedra aut sessio Christi tantum extra & supra omnes cælos sit localiter, hoc iste nec probauit nec probabit unquam: Et contradicunt ei iam omnes eius sodales, quos ita expugnauit Lutherus pie memorie, ut confiteantur dexteram Dei ubiq; esse.

Deinde ut maximè prorsus obtinuissest, Christum sedere aut habitare alicubi extra & supra omnes cælos, forte super Zenith Hierosolymæ aut montis Oliveti, & sic uisibiliter inde ad iudicium uenturum, an sequitur eum antea ac aliter nunquam ad nos etiam secundum humanitatem uenturum? Istam ineptissimam pessimamq; consequentiam nobis certò demonstret ac confirmet. At qui eam falsissimam esse quisuis uel solo communi sensu prædictus cernere potest. Refutauit etiam Christus illud

stultissi-

**M**ultissimum Sophisma uia praxi, qui uenit ad Paulum  
in templum quicq; ei etiam in via uersus Damascum appa-  
ruit, suaq; luce ac maiestate cum ac ipsius comites pro-  
strauit, ac porrò cum eo audientibus etiam conutibus los-  
catus est.

**N**e autem quis dicat cum Paulo tamen secundum di-  
uinatatem aut solam efficaciam apparuisse, clare testa-  
tur ibi Dominus, se esse illum ipsum Iesum, quem ille per-  
sequebatur: quem autem Iesum persequebatur Paulus,  
nempe illum paulo ante Hierosolymæ crucifixum, ut sit  
neccesse fateri, cum ibi secundum humanitatem in via ap-  
paruisse. Quare etiam Paulus probat hac apparitione  
Christi resurrectionem, tum Act 26. tum etiam i. Cor. 15.  
Vbi testatur Paulus cum sibi postremò post alios ap-  
paruisse. Nam si sola diuinitas Christi aut eius efficacia ap-  
parisset, non posset certè inde eius corporis resurrectione  
m probare aut dicere se cum uidisse.

**N**ecessario igitur sequitur, Christum etiam secundum  
suam humanitatem Paulo hic in terris in via apparuis-  
se, eoq; nullo modo sequi istud aduersariorum So-  
phisma, quia Christus exaltatus est ad dexteram pa-  
triæ, & inde uenturus est uisibiliter iudicare: Igitur  
nunquam antea & aliter apud nos suo corpore esse po-  
terit.

**S**ecundum Sophisma est, quod dicit omnium tempo-  
rum Ecclesiam eadem bona habere. Respondeo eadem  
habet, quo ad iustificationem, Spiritum ac renouationem  
et uitam eternam meritorum Christi partam: non tamen  
propter ea

propterea tollitur illud discribent, quod prior populus fuerit sub umbris ac legis paedagogia, cum nouus rei ipsius ueritate ac libertate fruatur: quodque illi cupuerunt uidere, nouus populus tempore gracie coram habeat ac fruatur.

Conficitur nihilominus sacramenta esse diuersa: Caudit ergo causa propria sententia. Nam manducatio corporis Domini ad Sacramentum Cœne pertinet.

Illorum fædus olim confirmavit Moses sanguine brutorum pecudum dicens Hic est sanguis testamenti: At nostrum fædus confirmat filius Dei proprio sanguine inquietus: Hic est sanguis meus noui Testamenti. Illi in sua sacra Cœna comederunt carnes aut corpus typici agniz nos in noua corpus ueri agni Dei.

Quid ergo agit ista petulans Sophistica, nisi ut nullum plane sit discrimen inter uetus & nouum Testamento?

Tertium Sophisma est, quod dicit ex parte nostra esse unicum instrumentum apprehendens Christum et eius beneficia, nempe fidem, Ex parte Dei autem Verbum & Sacramenta. Respondeo, Si Sacramenta sunt instrumenta Christi nobis Christum exhibentia, an non corpore omnia Sacramenta excipimus? Ceterè hoc negari haudquam potest. Quare si sacra Cœna nobis corpus Christi dat manducandum, ea ore accipienda est: Sequitur nos corpus Domini accipere.

Quartum Sophisma est nobis non maiora bona offer-

in Sacramentis quam uerbo. Respondeo non est prout  
bonum externo modo sumere corpus ac sanguinem Domini,  
quod in Cœna fit: quam fide Christum cum omnibus  
eius meritis nostrum proprium facere, concidit ergo &  
hoc Sophisma.

Quinto ac postremo loco in hac epistola citat aliquot  
dicta Augustini, Hieronymi & Lutheri de communione  
Christi spirituali, quæ habeatur etiam extra sacram Cœ-  
nam, ut sub eius praetextu nobis externam communionem  
afferat. Quod sane Lutherum audet in hac contro-  
uersia pro se citare, extrema impudentia est. Nemo e-  
cum unquam uehementius errorem istum damnauit Lu-  
thero.

Nec multò minor audacia est, quod Augustinum pro-  
secutus, cuius innumerā planē luculentissimāq; estimonia  
pro nostra sententia extant, quale est illud in concione  
ad Neophytos: Hoc accipite in pane, quod pependit in  
cruce. Et hoc accipite in calice, quod est effusum de Christi  
latere. Sic Epistola n<sup>o</sup> 8. placuit spiritui sancto, ut, in  
honorem tanti Sacramentii, prius Dominicum corpus in  
os intraret, quam cœteri cibi.

In secunda Epistola nulla prorsus habita ratione cœ-  
lestis oraculi aut testamenti filij Dei, negat externam  
sumptionem corporis ac sanguinis Christi, cum id ex-  
pressissime mandetur in uerbis Accipite & Comedite,  
hoc est corpus meum. Nam non potest negari citra ex-  
tremam impudentiam illa uerba de corpore Christi dici  
& mandare externam manducationem.

In hac uero loco audiatur damnatione huius externe  
in a filio Dei mandate comestione abutitur capite Io-  
han. 6. Dicit ibi Christum ipsum reieccisse externam man-  
ducationem dupli argumento, quia tum impossibilis,  
tum etiam plane inutilis fit. Etsi autem luculentissime ob-  
stenderim pluribus scriptis, locum illum prorsus nihil pro-  
istorum errore facere, adeo ut me am illam explicatio-  
nem frustra plane aduersarij oppugnauerint: tamen ex  
hic aliquid ad istius peruerisionem sacri textus respon-  
deamus.

Dicit igitur Christum monstrasse impossibilitatem in  
suis manducationis dicendo: Hoc uos offendit? Quid si  
uideritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius?  
Mira sane nouaq[ue] Theologia est, si Christus affirma-  
vit sibi impossibile esse dare nobis carnem suam mandu-  
candam, quod toties prius afferuerat oportere omnes  
seruando eam comedere.

At qui hic nihil prorsus additur de possibilitate ac im-  
possibilitate manducationis. Præterea integris 10. uer-  
sibus, idq[ue] plane in duerso sermone habetur illa Capera-  
nitarum obmurmuratio. Quomodo potest hic nobis da-  
re carnem suam ad manducandum?

Adhuc non aderant amplius ibi Capernaitæ, sed an-  
tiqui discipuli tunum obmurmurasse dicuntur. De qua  
autem re obmurmurauerant, nempe de eo, quod in pros-  
timate antecedentibus septies repetierat ac inculcauerat,  
se esse eum de celo, tum scrutatorem aut donatorem ui-

te eternæ. Quare quod confirmet se esse panem salutarem ac cœlestem, dicit se eo argumento evidentissime probaturum, quia sit deinde rō ascensuras, Vnde uenerit: ex quo liquidō sicut cognituri, se reuerat esse de celo. Hic est omnino proprius ac genuinus illius dicti sensus, quod ex uerbis eius ac contextu liquidissime patet.

Sic sane ipse met Strigil in suis Hypomnematis super Iohannem recens editis hunc locum explicavit inquiens: Offendit? Absurda uobis haec concio de manducaione uidetur. Magis mira res erit resurrectio ex morte & forma regni, cum diuina potentia regnabo. Vbi erat prius id est, ad patrem ubi regnabo diuina potentia, dabo spirituum sanctum & uitam eternam, descendam Ecclesiam.

Alterum istius figmentum est, quod dicit Christum affirmasse suæ carnis manducaionem esse inutilem: quod itidem antea saepius refutauit. Afferit autem plaus nouam & cum omnium suorum complicitum expositionibus pugnantem expositionem dicti: Caro non prodest quicquam. Damnat enim expositionem Tigurinorum, Calumi & Bezae, qui eam uocem de carne Christi intelligunt. Inquit enim: Caro non prodest quicquam, &c. Hic manifestum est, Dominum loqui non de sua carne: que certè non est inutilis ad uiuificandum: Viuificat enim nostram naturam partim merito, partim quia Loxo coniuncta est: de quo Ioannes inquit: in ipso uita erat, & uita erat lux hominum. Sic uides istum artificem pri-

marium fundementum suorum præceptorum subuerte-re, qui perpetuo hactenus uehementissime contende-runt contra nostras Ecclesiæ, nullum planè dubium es-se, ibi per uocem carnis, Christi corpus intelligendum esse.

Cur autem non probat iste tantus Rabbi ullo testi-monio scripture, carnem solere significare aliquius car-nalem cogitationem aut opinionem, & Spiritum spiri-tualem, quo ipse ista uerba trahit?

Sed uertiginosi Spiritus manifestum indicium est, quod hanc suam interpretationem probaturus, citat Athanasium, in eo ipso dicto uerbisq; ab ipso adscriptis illi manifestè contradicentem. Hec enim sunt uerba Atha-nasi ab isto adscripta. Spiritus est ( inquit ) qui uiu-ficat, Caro non prodest quicquam, &c. Hic enim de un-troq; carne & spiritu S V O locutus est, & Spiritum à carne discriminavit. En audis clarissime, Athanasium ei contra dicere in expositione uocis Caro & Spiritus in predicto loco Iohannis, et tamen iste audet citare illum pro sua eius dicti interpretatione.

Verum non libet aut etiam per occupationes nunc li-cet plus temporis impendere istius hominis uanissimis So-phismatibus, qui uult sinistro oculo aspicioendo testame-num Christi, uel potius ei occipitum obuertendo, de ue-ro sensu illius sacrosancti mysterij disputare.

Vtimum mihi liceat coram recta ratione cum eo ex-uerbo Dei de ista quoq; controuersia disputare. Confido

Sane de gratia Dei deq; cause bonitate, me non minus em-  
pudenter eius uanissima Sophismata refutaturum, quam  
eiusdem beneficia cum de libero arbitrio in disputatione  
V mariensi manifestissime refutavi. Quam legat et uin-  
dicet studiosus ueritatis lector. Agnoscet profecto istum  
hominem suam Theologiam magis ex Philosophia,  
et hincis scriptoribus, et rationis humanae som-  
nis haurire, quam ex oraculis uiuen-  
tis Dei, que ille profectio se-  
pe nimis finitricè  
afficit.

O fances

O sancte & misericors Deus ; esto propitius pusilli  
gregi tuo : Errores & seductores quotidiè crescent , in-  
ter quos & lebusit : Veritas passim obscituratur : Multi se-  
ducuntur : Canes gregis Domini magis magisq; obmu-  
tescent , prætereos , qui in lupos transformantur : Sa-  
pientes & potentes uociferantur , Nolite stillare &  
arguere : Vulgus ueritatem prorsus non curat : Ira Dei  
magis ac magis exardescit : Hunc Antichristus cum suis sa-  
tellitibus , inde Turcus miseram Christianitatem consu-  
munt , nec est qui doleat super contritione Ioseph.

At tu o fili Dei , cui omnis potestas in celo & in ter-  
ra data est , quiq; pollutus es , te force cum tua Eccle-  
sia usque in finem mundi , nec relictum eam orpha-  
nam aut passurum , ut eam quisquam de manu tua pa-  
trisq; rapiat : adfis tu & defende tuos ualide , ac repreme  
satanam & omnia eius organa , scandala ac opera po-  
tenter : propter gloriam , misericordiam ac ueritatem  
tuam , tuorumq; pusillorum perpetuam salutem : Serua  
nobis etiam sanctum semen uerorum doctorum ac doctrin-  
ae tuae , ne adeò repente sicut Sodoma ac Gomora.

¶ Rha siamus . Amen : Oret & dicat omnis


plus toto pectore ueraq; fa-  
de , Amen .


F I N I S

新編重刊本草綱目卷之三

卷之六

214





7846. 47.

iii

mar hunc sū coloře uio  
et a paulo ampli multū  
iacet nū iactā i pūsa i  
hor quid uelut quodā  
ad i suspensi p decti  
mēres in pūdo hos uo  
nū ad tolēter in hūs g<sup>o</sup>

Ep i angustiā in suis

